De clericis exteris. Aliàs peregrinis. Debent enim iſti ſe clericos ſeu ſacerdotes, & quod priuilegio clericali gaudeant, probare, per literas proprii Epiſcopi, vt.j.eod.ritu. uel etiam per teſtes.c.tuæ.de cler.pereg. & tales literæ appellantur commen

4 datitiæ, ſeu dimiſſoriæ.c.penul.& vlt.71.diſt.fuit enim hoc ſtatutum propter criminoſos, ne, vc3, infames ab aliquo Epiſcopo reciperentur perſonæ: ſolent ſæpius huiuſmodi perſonæ cum non poſſint in natiuis epiſcopatibus eorum officia exercere, qa ibi notæ ſunt, ad alienum epiſcopatum accedere & celebrare.c.fi.xix.q.ii.merito ritus ſeruari debet: & extat pro his conſtitutio ſinodalis archiepiſcopatus Neapol.nume.33. incip.ſæpe contingit.qua contrafacientes & celebrantes clerici exteri, ſine ſpeciali licentia Archiepiſcopi, excommunicantur.

5 **Per literas proprij epiſcopi.** Quæ plenam facient fidem.c.poſt ceſſionem. de pba. maxime quia fiunt extraiudicialiter, vt ibi per glo.mag.in fi. & quia eſt de actibus qui ſpectant ad officium ſuum, & inter ſuos ſubditos, put concludit Panor.in alleg.c.poſt ceſſionem.col.6. verſi.ratio prædictæ concluſionis. & intelligo proprii epiſcopi præſentis in ciuitate, ſeu dioceſi tempore quo clericus vult diſcedere, ſed ſi fuerit abſens, poterit eius vicarius generalis hoc facere.arg.c.cum nullus.§.epiſcopo autem. de temp.ordi.lib.6.plene per Iaſ.in.l.cum filiusfamilias.col.2.in prin. ff.ſi cer.pet.faciunt not.per Feli.in.c.cum acceſſiſſent.col.9.verſi.tertio reſtringitur.de conſti.Filip.dec.in.c.dilecti.lo.iii.in prin.de appel. Archd.in.c.reatin a.diſt.63.cuius auctoritati, quæ non eſt minima inter canoniſtas, & Compoſtella.ac Bald.in.c.cum venerabilis.de conſue.adhærens Iaſ.ita in indiuiduo conſuluit, vt patet conſi.ſuo.119.cuius eſt initium nobilis vir dominus Henricus.volu.i. Albericus Oliua.

In ciuilibus. Meris.i.ex contractu vel quaſi deſcendentibus. &, ſic intellexit.c.i.de cleri.coniug.lib.6. Filipp. franc. poſt Ioã.an.& alios ibi ſcriben. verſic. & cum.col.2. ibi, in cauſa

Secunda pars principalis.

SEd pro clericis ſubditis coniugatis non fiunt ſignificatoriæ in ciuilibus, ſed in criminalibus fiunt, ſi non ſunt bigami, ſiue criminaliter de crimine agatur, ſecus ſi id pœnam conuentionalem parti vel curiæ applicandam, qa

non ex crimine, ſed ex contractu deſcendit, dumtamen non procedatur ſuper interrogatione inſtrumenti, iuxta ritum magnæ curiæ, quia propter perſonalem detentionem incaleſcent crimina, & gaudent priuilegio, & fient ſignificatoriæ, tam ſuper debito principali q̃ ſuper pœna inſtrumenti, & præſertim, ſi citaretur ſuper periurio, quod eſt pœna manus: ſi ergo non, ſuper interrogatione inſtrumenti, ſed ſuper apprecio fiendo pro debito principali & pœna ageretur in curia ſæculari contra clericum coniugatum non fieret ſignificatoria, cum non gaudeat, in hoc, priuilegio clericali, quia non ſuper crimine agitur, nec detẽtio perſonalis locum haberet.

6

vero alia. & ibi aduerte pro intelligẽtia, quia in his non habent priuilegium fori, & eſt verus intellectus illius. c. ꝓ quo vide Sozin. in. c. i. col. penult. verſi. trigeſimo ſecundo fallit, de fo. compe. & dicitur cauſa criminalis quando agitur de crimine criminaliter c. at ſi clerici de iudic. ciuilis, quando non agitur de crimine. c. cæterum. eo. ti. mixta, quando agitur de crimine ciuiliter. c. tuæ. de procur. vide Panor. in rub. de iudi. colũ. penulti. in princi. & Filipp. franc. in. c. i. de cler. coniug. lib. 6. §. & cum. col. 2. verſi. in cauſa vide quæ notaui in ritu. s. 14. in glo. in verſicu. de cauſa ſpectante. & Lap. alleg. 118. ubi pro materia. c. i. de cler. coniug. lib. 6. in qua etiam ꝙ clericus poſtquam fuit a ſęculari iudice condemnatus in caſu a iure ſibi permiſſo, puta, quando fuit tutor, curator, ſeu procurator, vt per Sozi.
7 ubi. s. fiet exequutio contra ipſum per iudicem eccleſiaſticum, vt ibi, quod no. & tradas memorię.

Bigami. Vere dicuntur, qui diuerſis temporibus ſucceſſiue habuerunt duas uxores. c. deinde. 26. diſtinctione. & dicun-
8 tur proprie bigami, quaſi binę vxoris mariti, reſpectiue, id eſt, ꝙ ipſorum qlibet duas ſucceſſiue vxores habuerint: & ſic monogamus dicitur ille qui habuit vnam tantum vxorem. c. vnius. 26. diſtinctione. & ſic biganius proprie ſummitur, quaſi bis matrimonio alligatus. & pro clara
9 intelligentia quatuor rationes quare bigami non poſſint ad ſacros ordines promoueri vide per glo. in ſumma. 26. diſtinctione. & per Hoſtien. in ſumma, de bigamis. verſicu. quare bigamus a ſuſceptione &c. & ha-
10 bes intelligere ꝙ bigamia contrahitur de duobus vxoribus ſibi legitime matrimonio copulatis, c. fina. de bigamis. & cum vtraq; fuerit matrimonium conſummatum. c. debitum. eo. titu. improprie vero bigamus ille dicitur qui viduam duxit in vxorem. eſt & alius modus, per quem quis dicitur interpretatiue bigamus. ſ. contrahens cum corrupta, credendo
11 ipſam virginem, & non eſt mirabile, quia ſi contraxi cum ea quam virginem credebam, & cognoui eam, & erat ꝓprius corrupta, ꝙ ero bigamus

interpretatiue, ut per Filip. fran. in alleg. c. i. de cle. coniug. lib. 6. qui alleg. c. nemo. 32. diſt. poſt Ioá. an. ibi in prin. c. & pro iſtis non fient ſignificatoriȩ iuxta formam iſtius ritus.

Criminaliter. Vide dicta in prima glo. huius. 2. partis, in verſic. in ciuilibus.

Parti vel curie applicandam. Licet ſm cõmunem opi. de qua in rub. de iudi. & ſignanter per Filip. dec. quando pœna applicatur curiȩ dicatur cauſa criminalis, tñ ritus non vult fieri ſignificatoria, quia deſcendit ex coatractu, non ex crimine, quod no.

Iuxta ritum. Qui incipit, ꝙ ſiqui debitores fol. mihi. 99. col. 3. in fi. & fo. 102. col. 3. incip. item ſeruat ipſa curia ꝙ ſi aliqs uel aliqua. & in ead. col. incip. item in caſu. & col. 4. inci. item ſeruat ipſa curia ꝙ ſi debitor. qbus rit. vti poterit clericus habens inſtrumẽ
12 tum guarentigiatũ contra laicum in foro ſȩculari, ut per Panor. in. c. fi. no. i. de ui. & hon. cle. Lap. alle. 101. inci. in ciuitate florentina. in fi. fol. 55. & econtra, tali ritu utetur laicus contra clericum in foro eccleſiaſtico. Ita Bar. in. l. i. q. v. C. de ſum. tri. quem refert & ſeqtur Luc. de pen. in. l. iubemus. col. pe. in fi. ver. aut contra uel pȩter. C. de pręd. & om. reb. nauic. lib. xi. de cuius dicti ueritate uide quȩ ſcripſi ſ. in ritu. 22. in glo. in verſ. excepto iure congrui. poſt prin. ibi tñ non poterunt. Roch. in repe. c. fi. col. 15. fol. 33. ulti. col. de conſue. Fil. dec. con. 275. dub. 2. ante nume. 5. & tales ritus ſunt conformes iuri communi, ut per Bald. in. l. ii. col. 2. verſi. tertio & ultimo. C. ut lit. penden.

Incaleſcent crimina. Et hoc eſt, ex eo quia iuxta formam dictoꝝ rituum fit, curia ſedẽte pro tribu
13 nali, interrogatio mediante iuramento tam actori q̃ reo, ut ex eis patet, & ex calore iudicii inſurgit criminalitas, & habet exequutionem paratã, & detentionem pſonalem. Pau. de ca. & poſt eum Alex. in. l. eum ꝑ quo. nume. 3. ff. de in ius uo. per. l. tale pactum. §. qui ꝓuocauit. ſm lec. Bar. ibi de pac. et Ant. de bu. in. c. P, et, G. in no. de offi. deleg. per Doct. in. c. ſi qñ. eo. ti. et ibi Fel. col. 3. in fi. ver. ſecundo. alleg. Pe. de anc. in. c. contingit. de arb. et in. c. fi. de ma. et obe. glo. in auct. generaliter. C. de epi. et cle. Luc. de pen. in. l. ii. C. de iur. fiſ. lib. x. et non mirum ſi calor iudicialis hoc in
14 ducat, cum etiam guarentigia. i. prȩceptum quod fit per Notarium de inſtrumento rogatum parti rogãti, habeat exequutionem paratam Barto. in. l. a diuo pio. ff. de re iudica. Angel. in. l. iiii. §. condemnatum. et in l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. eod. titu. quæ iura ad hoc induxit profundiſſ. legalis ſcientiȩ Doct. do. Paul. de caſtr. conſilio. 260. colũ. 3. nume. x. volumi. i. in nouiſſima impreſſio. et ideo fiet ſignificatoria, maxime, quia

iudex ſæcularis non poteſt cogere clericum, etiam coniugatum, ut in ri tu, ut coram ſe iuret, ut patet per. c. q̄q̄. xiiii. q. ii. not. in. c. cum nuncius. de teſti. immo voluit And. de iſer. in. c. i. ad fi. qui te. ſucc. neceſ. ꝙ ſi cleri
15 cus ut teſtis deponat in cā criminali, ꝙ eius dictum nihil probat. uide tm̄ Io. de imo. in. c. i. in fi. de iur. cal. ubi uidetur tenere, ꝙ ſi deponat ſine li centia, ꝙ eius depoſitio probet.

Pena manus. Quam nunq̄ exeq uidi, immo eſt poſt ritum ma gnæ curiæ uicariæ impreſſa quædam additio in ritu inci. item ꝙ ſiq debitores. inci. item no. ꝙ ille qui carcerat, in qua di cit, ꝙ in quadam obſeruantia in lib. rit. contenta dicebat, ꝙ non ꝓcedi tur ad mutilationem manus, niſi uia ordinaria, & non uia extraordina
36 ria agat, non ꝓpterea negabitur qn ſup piurio agatur criminaliter, & pu nitur, ac priuatur rōne piurii cōmiſſi ratione certi beneficii, nedum ipſo beneficio, ſed etiam oībus aliis, & inhabilitat ppetuo ad ſuſcipienda bene ficia eccleſiaſtica, tanta eſt potentia piurii, ut per Fel. in. c. quærelam. nu me. i. in fi. de iureiur. qđ no. ita ergo criminalitas dat facultatem ſignifi candi iudici ſæculari, etiam pro clerico coniugato, ut. ſ.

Quia non ſuper crimine. Nota rationem decidendi pro declaratione eorum quæ. ſ. di xi in glo. in ver. in ciuilibus. Albericus Oliua. I. V. Doct. interpres.

Ritus Trigeſimus octauus.

Item mittitur ſignificatoria iudici ſæcula ri pro officialibus & notariis curiæ Archi epiſcopalis Neapolitanæ in ciuilibus & crimi nalibus ciuiliter motis, & remittuntur.

Quia præcedēs ri tus tractat de ſi gnificatoriis ꝓ cle ricis, etiam cōiungatis, merito ſubnectit de no tariis curiæ archiep̄alis Neap̄. ex eo qa in tribu nali repreſentat quod dam miſticum corpus, qđ conſtat, iudice, accuſatore, reo, teſtibus. c. forus. §. in oi quoq;. de ver.
1 ſig. l. ne in arbitris. C. de arb. Andr. de iſer. in. l. impialem. §. ſcriba. col. 2. circa med. de ꝓhi. feu. ali. per fed. & notario uel duobus uiris idoneis. c. qm̄ contra. in prin. de ꝓba. merito partes corporis miſtici debent potiri priuilegio capitis, & maxime, qa ex ſubtractione priuilegii notario tanq̄ parti corporis miſtici, ꝓut dicimus in Ep̄o & capitulo, inter quos ep̄s eſt caput, & canonici membra. c. nouit. de his quæ fi. a præl. ſi. con. ca. & in Papa cum Cardinalibus. arg. c. ſiqs cum militibus. vi. q. i. Barb. in tract. de præſt. card. in. i. parte. q. i. nu. 34. fol 4. col. 3. vſus notarii Archiep̄o, & ſic capiti redderetur incōmodior. l. non aliàs. §. legati. ff. de iudi. quem tex. me docuit Old. con. 293. ante fi. ver. poteſt & alia. arg. c. præterea. de

offi.deleg.& ideo pars corporis & ſic notarius priuilegium capitis ſorti-tur.facit optime tex.in.l.nullum ex officio.C.ubi cau.fiſc.ubi ꝙ officialis procuratoris cæſaris coram eo debet conueniri.& dixit Alb.de roſ.in.l. ſiquis aduerſus.eo.ti.ex illo tex.ſummit arg.ꝙ conductores prædioꝝ ec
2 cleſiaſticoꝝ poſſunt conueniri coram iudice eccleſiaſtico,& merito fit ſi gnificatoria,prout in præſenti ritu,cum etiam ex cõſuetudine induci poſ ſit.c.fi.de offi.archid.c.cum contingat.de fo.compe.& maxime qa fami
3 lia epiſcopi poteſt etiam arma portare. de quo per Fil.dec.in.c.ſignifica ſti.col.3.ver.vltimo ab.de offi.dele.& in.c.cum non ab homine.col.3.in prin.ver.an autem.de iud.quod ueꝝ dico quãdo notarius actu officium
4 exercet.c.fi.de uerb.ſig.lib.6.inſti.de mil.teſt.§.ſed hactenus. Car.zab. con.126.inci.uacarunt canonicatus.in fi.quem alle.Fel.in.c.inſinuante. col.2.in fi.nume.5.de offi.dele.& in.c.ſi quando.col.2.in fi.ver.item alle go.Inno.eo.ti.ubi alle.eun.Card in cle.i.§.fi.q.iiii.de hære.& in prohe. decre.fol.6.col.3.ver.eſt ueꝝ ꝙ Bar.Pe.de anc.con.233.inci.primo in-quirendum.circa med.&.398.inci.præmitto pro clariori.poſt princi.& fuit hoc nouiſſime deciſum in nouiſs.con.lateran.in.x.ſeſs.inci.Leo &c. regimini uniuerſalis.ibi,actu &c.celebrata in anno.M.D.XV.quarto no-nas Maii,anno.III.Leonis.X.

Et remittuntur. Pro qua remiſſione uide quæ ſcripſit in ritu 5.5.in glo.in ver.ſolet remitti.& ponderabis dictum Bal.ibi alle.iunctis quæ no.in proxi.præce.glo.& dic ꝙ talis re-miſſio fiet vna cum actis factis coram iudice ſæculari, quæ acta ꝓderint
5 pro aliquali probatione & informatione,dumtamen ſint acta facta an-teq̃ iudex ſæcularis ſciat illum clericum uel curiæ archiepiſcopalis Nea politanæ actuarium ſeu notarium,quia poſtea ex illis iudex laicus debe ret puniri,ita Bal.in.l.eos.§.ſuper his.poſt prin.C.de app.& ibi adci.in
6 litera,G.quæ concludit ꝙ confeſſio facta per clericum coram ſæculari, ſi fuit inuitus coram ipſo tractus,nil probat,ſed ſi ſponte,tunc præiudi-cat.alleg.not.in.c.at ſi clerici.de iudi.per Moder. Albericus Oliua Iuris vtriuſq; Doctor eximius,ac Rituum iſtorum interpres.

Ritus Trigeſimus nonus & ultimus.

ITem coram Vicario aperiuntur, & publi-cantur teſtamenta, etiam ſi Notario non ſit data per teſtatorem poteſtas aperiendi.

RItus iſte tendit in fauorem ultimaꝝ uoluntatum pro illaꝝ exequutione,& maxime pro cuius exequutione poteſt epiſcopus adiri,p
1 no.in.c.cum ſit genera-le.de fo.compe.per Ange.in.l.hæreditas.la.ii.§.ſi defuncto.ff.de peti.hære.per Panor.in.c.re

latum.l.i.in fi.de teſta.no.in.c.tu a nobis.c.ſi hæredes.c.Ioa͂nes.& ibi per Io.an.de teſta.& in indiuiduo hoc decidit Fran.de are.con.36.inci.caſus talis eſt,proponitur in facto.ulti.col.in fi. & ratio ſua fundamentalis eſt,quia in teſtamento utplurimum continentur legata ad pias cauſas, quorum legatorum exequutio ſpectat ad Epiſcopum,prout concluditur in alle.c.ſi hæredes.& in.c.tua nos.& ipſe Epiſcopus erit etiam futurus iudex,merito coram ipſo aperiri poterunt.& ita ſæpius practicaui, nō obſtante.l.conſulta.C.de teſta. quæ uendicat ſibi locum ubi in teſtamento non eſſent legata pia, & quādo non imploratur officium iudicis pro exequutione teſtamentorum,quia quando imploraretur,non militaret tex. alle.l.conſulta,ut in ritu 24.& plene concludit Panor.in alle.iuribus, in glo.in ver.legatis ſeu relictis.in præalle.ritu.24.

Non ſit data poteſtas. Immo etiam ritus procederet,etiam ſi teſtator hoc prohiberet, quia
2 non poteſt teſtator prohibere ꝙ Epiſcopus non exequatur huiuſmodi uoluntatem.c.requiſiſti.circa med.c.tua.& ibi glo.in ver.interdici.de teſta.ar.l.nemo pōt.de leg.i.no.Hoſt.in ſum.de teſta.§.fi.inci & per quem.

Et per iſta Expedita ſit interpretatio Rituum Archiepiſcopalis curię Neapolitanę protectione almi patris & patroni mei Ianuarii,cui & ratione originis,& ratione ſubiectionis plurimum debeo.In qua ſiquid boni ſcriptum reperiatur,a Deo eſt,a quo bona cūcta procedunt:ſi mali,ut corrigatur rogo a benigno Lectore:Nemini diſplicere decreui:& ſi non omnibus,aliquibus ꝓdeſſe:Opera enim Feli.vſus ſum utplurimum,& eius inhęſi conſilio tradito in.c.rodulfus.colū.16. ver.hortus autem eſt.de reſcrip.dicentis,utilius eſſe commemorare qui uiderunt omnia,q̄ eorum dicta,eis tacitis tranſcribere. & allegat Greg. loquentem de Angelis dicentem,quid eſt quod non uident, qui uidentem omnia uident? & ideo magis contentus fui Nouiores allegare, qui omnia uiderunt,ipſis citatis in locis opportunis,q̄ aliquid mihi uendicare,indutis plurimis alienis:quo patefacto ex matrice fonte, turpius dehoneſtarer,ut inuehit Fel.in.c.ex parte. lo.i.col.4.ver.periurus.in fi.de reſcrip. quem alleg.Ioā.de neuizanis in ſilua nup. in fi.

Albericus
Oliua,Neapolitanus,Pręsbiter,
& inter Decre.Doct.mi
nimus,laudem
Deo dicit.

*

Reuerendiſs. D. Domino Thomæ Carazolo Ar-
chiepiſcopo Capuano, & Capellano
maiori meritiſſimo.

QVEM AD ME his diebus ſuperioribus Librum uidendum miſit, tuæ Reuerendiſs. Dominationi remitto, per me viſum: & ſi non vt debuiſſem, ſed quantum potui, propter multa quæ me impediunt diuerſa & grãdia negocia: Cognoui in eo ſapienter fuiſſe dicta, & amuſſim (vt ita dixerim) adducta & conſiderata quæ dixit & innexuit R. Albericus Olſua Decretoꝝ Doctor, illius auctor, ſuper Curiæ Archiepiſcopalis triginta nouem ordinatim poſitis Ritibus, ut merito laudari & approbari debeant, ac etiam a quolibet qui ea viderit præcipua & bene geſta haberi & reputari: Volui inſuper vt ea Magnificus Nicolaus Iacobus de Raynaldis, Regius Conſiliarius, vir quidem in vtraq; Iuris cenſura pernotiſſime excellens, accuratius deguſtaſſet: & ſi talia inueniſſet ꝙ digna flatu laudis ſuæ cenſeretur, vt inde laudari & approbari. Vt mihi uiſum fuerat, etiam ſua approbatione, idem aſtipularetur: & ꝙ idem ſibi uiſum fuerit refero. Tua igitur Dominatio religioſiſſima hæc reſponſa accipiet, tum in laudem Operis, tum eiuſdem Auctoris, digni certè ſummo præmio, ꝙ Commentaria ad Ritus præfatos ſic ediderit ita complete & docte, cum optime diſpoſito alfabeto, ut dignum ſit ea imprimi, ad honorem & laudem ipſius Auctoris. Et uale ut cupis, ex domo, die. vii. Kalen. Septembris. M. D. XLI.

Veſtræ Reuerendiſs. Dominationis deditiſſimus
Ioannes Martialis.

PRæmiſſa diligenti caſtigatione impreſſit in alma ciuitate Venetiaꝝ Venturinus Roffinellus, ad inſtantiam nobilis viri domini Mathei Morelli, Anno Domini. M. D. XLII. & ob reuerentiam nouiſſimi Lateranenſis Concilii, acceſſit reuiſio Excellentiſſimi Domini Ioannis Martialis Regii Collateralis Concilii Neapolitani Regentis ſingularis doctrinæ & grauiſſimæ auctoritatis, & Magnifici Nicolai Iacobi de Raynaldis Regii Conſiliarii in vtraq; Iuris cenſura excellen. prout etiam atteſtatur prælibatus excellens D. Ioannes Martialis, ex ordine & præcepto Reuerendiſs. D. Domini Thomæ Carazoli Archiepiſcopi Capuani, meritiſſimi, & Regni maioris Capellani, ut apparet ex ſupraſcriptione.

CONSTITVTIONES SINODALES

QVONDAM REVERENDISSIMI IN CHRI-
STO PATRIS D. DOMINI IOANNIS
DEI ET APOSTOLICAE SEDIS
GRATIA ARCHIEPISCO
PI NEAPOLITANI,
ET EIVS CA
PITV
LI.

Confirmatæ per Reuerendiſſimum D. Do-
minum Alexandrum Caraffam, nunc
Archiepiſcopum Neapoli-
tanum, & eius Ca-
pitulum.

Impreſſæ Anno a' Virginali partu
M. D. XLII.

Reuerendiſſimo D. Domino Alexandro Caraffæ
Archiepiſcopo Neapolitano digniſſimo
Franciſcus Tuppi, ſeruulus,
fœlicitatem.

OB TEMPORIS Antiquitatem, ob malorum ignauiam, mores, virtutes, religio, atq; præſtantia Religionis, & ſepulti & deprauatę videbantur : Tu equidem, qui Virtuti & Religioni continuo incumbis, vt bonus paſtor, vis econtinuo vt ad aſtra dignitas paſtoralis perueniat: tu Eccleſiam tuam in Religione conſeruas, & Clero religioſiſſimo Capitulum decoraſti. Voluiſti Conſtitutiones ſinodales, antiquis Paſtoribus approbatas, clarere, vt lætentur boni, & reprobi opprimantur. Propriis itaq; ſumptibus tuæ Reuerendiſſimæ Dominationi illas imprimere curaui, & tibi dedicaui, vt noſcant poſteri uirtutem tuam, & iuſtitiam, quam colis, commendent. Vale.

Præambulum, cum debita inuocatione cœleſtium Numinum, quorum benigno fauore bene cœpta, perficiuntur.

✠

IN NOMINE domini noſtri Ieſu Chriſti, beatæ virginis glorioſę Matris eius, beatæ Catherinæ martiris, & beati Ianuarii, totiuſq; cœleſtis curiæ, Amen. Nos Ioannes Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Archiepiſcopus Neapolitanus, ſuſcepti Paſtoralis regiminis nos cura ſollicitat, ſic vtilitatibus ſubiectorum, in illis præcipue, quæ animarum ſaluti couſulunt, nunc nonorum editione Iurium nunc antiquorum confirmatione, ſollicite prouidere, vt a quibuſlibet noxiis præſeruemur. Verum, quia audatio exigit vt non ſimus ſola prohibitione contenti, ſed pœnas delinquẽtibus imponamus. Ideo habita ſuꝑ hoc diligenti deliberatione vnà nobiſcum Capituli noſtræ maioris Neapolitanæ Eccleſiæ cõfirmamus, vnà cum conſenſu eiuſdem Capituli, & cum eodem Capitulo Conſtitutiones infraſcriptas per noſt ros prædeceſſores & Vicarios editas: Confirmamus etiam de nouo edicimus, ſtatuimus, ordinamus, atq; firmamus ſubnotatas Conſtitutiones additas perpetuo valituras. Inſuper, de noſtra certa ſcientia caſſantes, reuocantes, irritantes, & annullantes quaſcunq; alias Conſtitutiones ſiue ſtatuta per noſtros prędeceſſores, ſeu nos & noſtros Vicarios editas, in præſenti Volumine non inſertas, nec impreſſas, ipſaſq; decernimus & volumus exiſtere viribus vacuatas, & nullius valoris firmitatem habere, exceptis Capitulis, Conſtitutionibus, & Statutis inter vaſſallos Neapolitanæ Eccleſiæ per nos & noſtros Vicarios ordinatas: Quas & quæ volumus & decernimus habere (vt prius) efficaciam & vigorem.

Conſtitutio prima.

Excommunicatio contra blaſphemantes Deum, Beatam virginem Mariam, vel Sanctos eius.

HOrrendum facinus polluti oris internis affectibus compeſcere cupientes, excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis omnes & ſingulos mares & fœminas publice blaſſemantes Deum, Beatam Virginem Mariam, matrem eius, ſeu Sanctos, vel aliquem ex Sanctis eius.

Conſtitutio ſecunda.

Excommunicatio contra hæreticos & ſciſmaticos.

HAereticorum & ſciſmaticorum peſtem improbam pſternnetes, omnes & ſingulos hæreticos, & ſciſmaticos, eorum fautores, receptatores, & auxiliatores excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis.

Conſtitutio tertia.

Excommunicatio contra ſacrilegos.

SAcrilegorum nephandam eſuriem reprimentes, excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis, omnes & ſingulos fures, ſubtrahentes de Eccleſiis ſeu Capellis ciuitatis & diœceſis neapolitanæ, calices, ſeu libros, vel veſtimenta ſacerdotalia, ſeu paramenta altaris, thuribulum, ſiue crucem, candelabrum, ſiue aliquod prædictorum, vel aliquid aliud ad diuinum obſequium deputatum, & generaliter omnes & ſingulos ſacrilegos, eorumq́ participes in crimine memorato.

Conſtitutio quarta.

Excommunicatio contra veneficos, ſortilegos, & diuinatores, & accedentes ad eos.

AD veneficorum, ſortilegorum, & diuinatorꝫ damnabilem aſtutiam elidendum, excōicamus ſententialiter in his ſcriptis omnes & ſingulos qui prætextu captandæ dilectionis, vel odii inferendi, aliqđ poculum, ſiue cibum alicui dederint, & incantationes, ſiue diuinationes facientes per inuocationem Dæmonum, proiectionem plumbi, ſiue ceræ liquefactæ, vulgariter dictæ, luſeue, fabarum, ſalis, oui, in aqua, & orinali, vel aliter, & generaliter omnes veneficos, ſortilegos, & diuinatores, & qui ad eos acceſſerint prædictis ſortilegiis, veneficiis, & diuinationibus, eorumq́ participes, ac prædictis pſonis, vel ipſarum alteri quo ad prædicta præſtantes auxilium, conſilium, & fauorem.

Conſtitutio quinta.

Excommunicatio contra dantes & recipientes de criſmate & oleo ſancto pro aliqua diuinatione, veneficio, aut ſortilegio.

ITem ſicut fidedigna relatione percepimus, nonnulli ſacerdotes & alii clerici ſæculares dare & exhibere ꝯſueuerunt de criſmate & oleo ſancto nonnullis perſonis, qui illo in operibus diuinationum, veneficiorum, aut ſortilegiorum vtuntur, ſeu in alios vſus illicitos illud conuerterunt, in ipſorum animarum periculum, & in manifeſtum opprobrium, ac contemptum Dei & ſacramenti eccleſiaſtici, ad quod ipſum criſma & oleum deputatum dignoſcitur: excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis, dantes & recipientes huiuſmodi decætero ipſum criſma vel oleum ſanctum, & dictam excommunicationis ſententiam ipſos incurrere volumus ipſo facto.

Conſtitutio ſexta.

Excommunicatio contra incendiarios poſſeſſionum eccleſiarum & aliarum priuatarum perſonarum.

INcendiariorum latentem perfidiam, pronis deſideriis elimantes, excommunicamus omnes & ſingulos incendiarios domorum, fundorum, & aliarum rerum eccleſiaſticarum, ac etiam aliarum perſonarum publicarum & priuatarum.

Conſtitutio ſeptima.

Excommunicatio contra adulteros & adulteras manifeſte.

CArnis contagium, quod vtriuſqꝫ teſtamenti pagina deteſtatum eſt, extirpare radicitus cupientes: excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis omnes & ſingulos adulteros & adulteras manifeſtos.

Conſtitutio octaua.

Excommunicatio contra contrahentes de facto ſecundo loco matrimonium, poſt contractum cum alia primo matrimonium de præſenti legitime.

PErduxit ad nos relatio fidedigna, ꝙ nonnulli lubricæ voluptatis poſt contracta legitime matrimonia de præſenti, cum aliis ſecundo contrahunt, aliquaue poſt contracta prima legitime matrimonia de pręſenti, eorum præconceptam nequitiam occultantes, cum aliis clandeſtine fugiunt, quibus adhærent iugiter vt maritis, volentes huic morbo, qui

velut cancer inualuit per noua mœdecinæ remedia officii debito proui dere: monemus omnes & ſingulos ſupradictos, eorumq; participes, & ad prædicta præſtātes auxilium, conſilium, & fauorem, quatenus attentare deinceps ſimilia non præſumāt: in contrafacientes exnunc ꝓut extunc in his ſcriptis excommunicationis ſententiam promulgamus.

Conſtitutio nona.

Excommunicatio contra uſurarios publicos.

AVaritiæ, quæ eſt idolorum ſeruitus, radicem ſtudioſius extirpantes, excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis omnes & ſingulos uſurarios manifeſtos.

Conſtitutio decima.

Aduerſum inientes & ſcribentes, ſeu ſcribi facientes contractus fictitios in fraudem uſurarum.

PEruenit ad nos, inſinuatione multorum, ꝙ exercētes uoraginem uſurarum in ciuitate & dioceſi neap. ut eorum lateant crimina, ꝯtractus fictitios, in fraudem iniunt uſurarum: igitur ad clamores hmōi, debito officii ali excitati, ſtatuimus & confirmamus ꝙ nullus de ciuitate uel dioceſi neap. uel morantes in eis in fraudem uſuraꝝ, uel etiam ſine fraude uſurarum audeant ſcribere, uel ſcribi, uel poni facere in aliquo inſtrumēto uel cuiuſcunq; obligationis ſcriptura, maiorem quantitatem, uera ſorte, nec aliud quicq̄ fictitie, niſi qđ in ueritate fuerit mutuatum, depoſitum, uel etiam cōmodatum, & alium pro alio ꝯtractum celebrare minime, uel inire: in ꝯtrafacientes autem exnunc ꝓut extunc excōicationis ſnīam ferimus in his ſcriptis: declaramus etiam & ſtatuimus, ꝙ ad ꝓbationem fraudis prædictæ & criminis uſurarum prædicti ſufficiat teſtimonium quinque bonoꝝ uiroꝝ deponentium de fama publica, dūmodo creditor ipſius inſtrumenti uel ſcripturę, ꝙ aliq̄n uſuras exercuerit fuerit infamatus.

Conſtitutio undecima.

VSurariorum latentem neq̄tiam, qui non tam utunt pecuniis, ſed & loquamur, ꝓpriis abutuntur ſanctorū patrum ſentētiis, ꝯdēnatam undecunq; claruerit inultam relinquere, ex debito paſtoralis regiminis non ualentes, ſed ipſam, q̄tum licet & expedit, perſequi diſponentes: hu

ius noſtræ conſtitutionis,ſeu ſtatuti ſerie,perpetue ualitura,edicimus,declaramus,ſtatuimus,atq; firmamus q̃ ad ꝓbationem plenariam & legitimam criminis hm̃oi uſurarum,delati qualitercunq; uel etiam inq̃ſiti in noſtra archiep̃ali curia neap̃. ſufficiat,ut.ſ̃.teſtimonium qnq; bonorum uirorum deponẽtium ꝯtra delatum,inq̃ſitum,ſeu accuſatum de crimine hm̃oi uſurarum de fama publica, dũmodo denũciatus ipſe,inq̃ſitus,ſiue accuſatus de dicto crimine, q̃ aliq̃n uſuras exercuerit fuerit infamatus, ac ex ꝓbatione hm̃oi facta taliter reus iam dicti criminis poſſit legitime puniri,ac etiam condemnari,ne maleficia remaneant impunita.

Conſtitutio duodecima.

Excommunicatio contra falſarios quorumlibet inſtrumentorum,& ſpecialiter literarum apoſtolicarum.

AD falſarios auſus reprobos refrenandos,excõicamus ſententialiter in his ſcriptis oẽs & ſingulos falſarios inſtrumentorum,quæ neap̃. ordinationes nuncupant,& aliorum inſtrumentorum quorumcunq;,& præcipue,literarum apoſtolicarum,& neapolitani Antiſtitis,ſeu Vicarii,& curiæ archiepiſcopalis neapolitanæ.

Conſtitutio decima tertia.

In perhibentes falſum teſtimonium,& utentes falſis teſtibus, atteſtationibus,ſeu inſtrumentis ſcienter.

TEmeritatem effrenatam falſorũ teſtium reprimentes,excõicamus ſententialiter in his ſcriptis oẽs & ſingulos ꝑhibentes,ſeu ꝓducentes falſum teſtimonium,ſeu falſos teſtes,uel utẽtes teſtibus,uel atteſtationibus,uel q̃buſcũq; inſtrumentis falſis ſcienter in quacũq; curia ciuitatis uel dioceſis neap̃. & nihilominus pręter pœnam excõicationis prædictam delinquentes in aliquo prædictorum in noſtra archiepiſcopali curia neapolitana noſtro arbitrio decernimus puniendos.

Conſtitutio decima quarta.

Contra proiicientes lapides,uel ſpurcitias in corpora ſenum mortuoꝝ.

VEnerandam ſenectutem,atteſtante iuris cenſura probabilis,excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis omnes & ſingulos qui di-

gni reprehenſione in ſenum ſeu antiquorum funeribus,quorum corpora mortua ad eccleſiam deferuntur,lapillos,aut lutum proiiciunt,ſeu alias illuſiones deriſorias faciunt, in reuerendæ ſenectutis opprobrium & humanitatis,manifeſtam iniuriam & offenſam.

Conſtitutio decima quinta.

Monitio contra tenentes apothecam apertam in diebus feſtiuis, vel vendentes mercimonia,præter comœſtibilia,potabilia,& mœdicinalia.

COnſiderantes attentius feſtiuos dies maieſtatis Altiſſimi dedicatos nullis debere voluptatibus occupari:monemus omnes & ſingulos barbitonſores & alios artifices artis ſeu miniſterii mechanici cuiuſcunq; de ciuitate & dioceſi neapolitana,& commorantes in eis, quatenus ſub excommunicationis pœna tenere apertam apothecam ad vendendum quæcunq; mercimonia,vel laborare in arte ſua non debeant diebus dominicis,ſeu ſolennibus feſtiuitatibus, Natiuitatis, Epiphaniæ, Reſurrectionis,& Aſcenſionis dominicæ, in die Veneris ſancto,in die Euchariſtiæ,vel Penthecoſtes,vel Aſſumptionis,Purificationis,Annunciationis, vel natiuitatis beatæ Mariæ virginis,aut beati Ioannis baptiſtæ,vel ſolēnibus feſtis Apoſtolorum,quatuor Euangeliſtarum,ſanctę Crucis,ſanctorum Ianuarii, Agrippini, Athenaſii, Aſperi, Eufirmi, Seuerii, Georgii, Anelli, Luciæ, Reſtitutæ, Catharinæ, Margaritæ,& aliorum feſtorum duplicium & ſemiduplicium,his duntaxat exceptis qui comęſtibilia,potabilia, vel mędicinalia vendiderint.

Conſtitutio decima ſexta.

Monitio contra reponentes, & reponi facientes aliquid non deputatum ad diuinum cultum in eccleſiis ſeu Capellis.

CVm eccleſiæ orationum & non repoſitoriæ debeant eſſe domus: monemus omnes & ſingulos de ciuitate & dioceſi neapolitana, & commorantes in eis,quatenus ſub excommunicationis pęna in eccleſiis ipſis vegetes,trabes,& quæcunq; alia ad diuinum cultum non pertinentia non reponant, nec reponi faciant, & repoſitas extrahi faciant infra decem dies a die publicationis præſentium computandos.

Conſtitutio decima ſeptima.

Excommunicatio contra ludentes ad azardum, vel taxillos, peccantes carnaliter, vel cōmittentes lenocinia in eccleſiis.

QVia ſunt nonnulli qui venerandis eccleſiis non minus in grauem offenſam Dei, maliq; exempli pernitiem q̄ ſcandalum fidelium populoꝶ ad taxillos ludere, vel qđ horribilius percipitur auribus, lenocinia, fornicationes, adulteria, inceſtus, ſtupra, necnon nephandam libidinem ꝑpetrare, reprobis auſibus non verentur: officii debito excitati contra omnes & ſingulos præmiſſoꝶ facinoꝶ perpetratores, vel ipſoꝶ alicuius, eorumq; participes, ac quo ad prædicta pręſtantes auxilium, cōſilium, & fauorem, & pręſertim in pręmiſſis, vel ipſoꝶ in altero in maiori neapolitana eccleſia delinquentes: & vt omnis pręcludatur via nequitię, & infra domos, ſeu Capellas ipſaꝶ eccleſiaꝶ ad diuinum officium deputatas, vel in cimiteriis, ſeu ipſoꝶ campanilibus, in præmiſſis, ſeu aliquo ipſorum delinquentes, excōicationis ſenteutiam ferimus in his ſcriptis.

Monitio.

POrrò ad cuiſlibet actus noxii in eiſdem eccleſiis ꝑpetranda omnem materiam decidēdi: monemus omnes & ſingulos mares & fœminas de ciuitate & dioceſi neapolitana, & commorantes in eis, cuiuſcunq; ſtatus & conditionis exiſtant, quatenus ſub excōmunicationis pœna in iam dictis eccleſiis conuiuia facere, ad pilam ludere, vel choreas exercere de cętero non audeant vel præſumant.

Conſtitutio decima nona.

Quod deuaſtantes figuras depictas Sanctoꝶ condemnentur camerę dicti domini Archiepiſcopi, & refici faciant eoꝶ expenſis figuras deuaſtatas, & nihilominus conſtringantur vel detineantur in carcere archiepāli vnum menſem.

CVm plerūq; ex nefario ludo azardi huiuſmodi non ſolum impię blaſphemię prodeant, veꝶ idem ludentas deguaſtare Sanctoꝶ depictas imagines in ipſoꝶ obprobrium animarumq; periculum non verentur: enormitati tanti diſcriminis ꝑpenſius obuiantes, patratorem huiuſmodi ad refectionem picturæ dictę imaginis vel figuræ deguaſtatę ſuis ſumpti

bus & expenſis mulctamus, & nihilominus fuſtigandum a loco cōmiſſi criminis vſq; ad palatium archiepatus, & detinendum captiuum in carcere curiæ archiepiſcopalis neapolitanę per menſem vnum pro pœna, & pro pœnitentia patrandi criminis ſupradicti puniendo vice qualibet decernimus in his ſcriptis.

Conſtitutio uigeſima

Quód ludentes ad azardum in eccleſiis vel ambitibus neap. eccleſiæ detineantur in carcere archiepali octo diebus.

STatuendo inſuper & firmando omnes & ſingulos laicos ludentes ad azardum in maiori eccleſia neapolitana, vel ambitibus ſuis, vel in aliis eccleſis ciuitatis & diœceſis neap. in tarenis auri duobus in opus pium applicandis, vel ꝙ nouem diebus continuis in carceribus curię archiepiſcopalis detineant̃ puniendos vice qualibet decernimus in his ſcriptis.

Conſtitutio uigeſima prima.

Excōmunicatio contra proiicientes uiras, bulzonos, ſagittas, p rectas, lapides, uel quicquid aliud dānoſum ad tectum, ſeu feneſtras neap. eccleſiæ, uel aliarum eccleſiarum.

INdemnitati noſtræ maioris neap. eccleſiæ & aliaꝝ eccleſiaꝝ, ꝓut ſollicitat nos cura ſuſcepti regiminis, ꝓuidentes, omnes & ſingulos qui baliſtis, ſeu arcubus, uel aliter ꝓiecerint uiras, bulzonos, ſagittas per rectas lapides, uel quicqd aliud dānoſum ad tectum, ſeu feneſtras ipſius neapolitanæ eccleſiæ, uel aliaꝝ eccleſiarum prædictaꝝ ciuitatis & diœceſis neapolitanæ, excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis.

Conſtitutio uigeſima ſecunda.

Excommunicatio contra proiicientes uel facientes proiici immunditias in ambitibus neap. eccleſiæ, uel aliarum eccleſiarum.

HOnorem debitum uenerandis eccleſiis exhiberi uolentes oēs & ſingulos ꝓiicientes, uel ꝓiici facientes immunditiam, terram, cadauera beſtiaꝝ, ſpurcitias, uel alia inhoneſta in curribus, ſeu ambitibus maioris eccleſiæ neapolitanæ, uel aliarum eccleſiarum ciuitatis & diœceſis neapolitanæ, excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis.

Conſtitutio uigeſima tertia.

In occupatores bonorum & iurium neap. eccleſiæ & aliarum.

SVnt nonnulli, ꝑut multoꝝ habet aſſertio, qui terras, prata, paſcua, ſeſinas, molendina, furnos, nemora, domos, cenſus, inſtrumēta, acta, regiſtra, priuilegia, & alia bona & iura ad neap. eccleſiam, & alias ciuitatis & dioceſis neap. pleno iure ſpectantia, detinent occupata, & ſoluere & reſtituere negligunt in ipſoꝝ aīaꝝ piculum, prædictarūq; eccleſiaꝝ preiudicium & grauamen: indēnitati earundem eccleſiaꝝ ex cura ſuſcepti regiminis ꝓuidentes, reqrimus & monemus oēs & ſingulos occupatores & detentores hmōi eorūq; ꝯſentientes, ut prædicta oīa & ſingula integraliter, & cum effectu reſignare, ꝓſoluere, & reſtituere debeant, abſq; mora, prædictis eccleſiis, uel ad quos eaꝝ gubernatio ꝑtinere dignoſcitur, nec non & participes, & ſcientes confeſtim debeant reuelare: in ꝯtrafaciētes exnunc ꝑut extūc excōicationis ſnīam ferimus ſentētialr in his ſcriptis.

Conſtitutio uigeſima quarta:

Contra turbatores bonorum & iurium eccleſiarum.

EXcōicamus inſup ſnīalr in his ſc iptis oēs & ſingulos indebite turbatores & moleſtatores poſſeſſionum & bonoꝝ maioris neap. eccleſię, tam mobilium q̄ ſtabilium, necnon ſeſinaꝝ, iurium, reddituum, cenſus, & alioꝝ ꝓuentuum dictæ eccleſiæ, ac ēt poſſeſſionum, iurium, & bonoꝝ fructuū, reddituū, & ꝓuentuū aliaꝝ eccleſiaꝝ ciuitatis & dioce. neap. eorūq; participes & ſciētes, q quo ad prædicta dederint auxiliū, ꝯſiliū, & fauorē.

Conſtitutio uigeſima quinta

Contra tenentes recōmendata beneficia, uel aliter abſq; iuſto titulo, & non reſignantes infra octo dies a die publicationis.

ITem qa nōnulli in ciuitate & dioceſi ſupradictis beneficia, ſeu beneficium ut cōmendata detinere dicūt, quæ ad collationem nr̄am noſcuntur iure ordinario ꝑtinere: excōicamus ſententialiter in his ſcriptis tenētes recōmendata talr, ſeu a liter, dicta beneficia, uel ipſoꝝ aliqd' abſq; iuſto titulo, eorūq; participes, & ſcientes, non reſignātes nobis eadem, vel non reuelantes nobis oretenus, literatorie, publice, uel ſecrete infra dies octo a die publicationis præſentium computandos.

Conſtitutio uigeſima ſexta.

Excõmunicatio contra notarios ſcribentes teſtamenta & non notificantes ea dictę curię infra octo dies ab obitu teſtatoris.

Volentes vt pię voluntates vltimę defunctoꝝ exequutioni debitę demandentur, omnes & ſingulos notarios & curiales habentes ſeu ſcribentes teſtamenta & vltimas voluntates & non nũciantes eidem noſtræ curię infra dies octo a die obitus teſtatoris, & nõ dando copiam de his in qbus tangitur ipſa noſtra maior neap̃. eccleſia, vel neap̃. Antiſtes ꝑ ea poſt annum cõputandum a die obitus ſupradicti non dantis copiam teſtamentoꝝ integram eidem curię, excõicamus ſnĩaliter in his ſcriptis.

Conſtitutio uigeſima ſeptima.

Excõmunicatio contra non exequentes teſtamenta infra annum a die obitus teſtatoris & occultantes eadem.

Excõicamus & ſnĩaliter in his ſcriptis oẽs & ſingulos occultantes teſtamẽta ſeu geſta quominus exequutioni debitę demandent, & ſine cã legitima differũt, quominus ipſa infra annũ cõputãdum a die obitus teſtatoris teſtamẽta prędicta ſiue geſta exequutioni debitę demandent.

Conſtitutio uigeſima octaua.

Cõtra non ſoluentes quartariam infra mẽſem a die receptionis legatoꝝ.

Excõmunicamus etiam ſententialiter in his ſcriptis omnes & ſingulos qui receperunt vel receperint aliqua legata ſeu relicta, de quibus nobis quarta debetur, & ipſam quartam non ſoluerunt, vel niſi ſoluerint infra menſem a die receptionis huiuſmodi legatorum.

Conſtitutio uigeſima nona.

Contra apponentes & apponi facientes iuramenta in ꝯtractibus vaſſalloꝝ eccleſię neap̃. & facientes ꝯtractus alienationis vel pignorationis bonoꝝ eorundem, neap̃. Antiſtitis conſcientia inconſulta.

Item monemus & inducimus vniuerſos & ſingulos de ciuitate & dioceſis neap̃. commorantes in eis, contrahentes & inientes contractus

cuiuſcunq;

generis ſeu obligationis cum vaſſallis eccleſiæ Neapolitanæ, cum ſcriptura, vel ſine ſcriptis, ac curiales omnes & ſingulos, & cæteros alios notarios ſeu ſcribas ciuitatis & diœceſis prædictarum, & commorantes in eis, etiam ſub pœna excommunicationis, canonica monitione præmiſſa, monemus, ac etiam mandamus eiſdem a dictis vaſſallis eccleſiæ Neapolitanæ, quando cum aliis vel eiſdem contrahentibus contrahunt, aut inter ſeipſos iuramenta non exigant de obſeruandis præmiſſis, nec apponant, ue lapponi faciant huiuſmodi iuramenta in cautelis ipſorum, nec contractum aliquem faciant cuiuſcunq; alienationis ſeu pignorationis bonorum ſtabilium ipſorum vaſſallorum, noſtra conſcientia inconſulta: in contrafacientes vero, dicta canonica monitione præmiſſa, excommunicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis.

Conſtitutio trigeſima.

Excommunicatio contra vtentes priuilegiis alicuius indulgentiæ domini Neapolitani Antiſtitis conſcientia inconſulta.

ANimabus fidelium ne decipiantur ſalubriter occurrentes, excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis omnes & ſingulos de ciuitate vel diœceſi Neapolitana, & commorantes in eis, qui ſurreptitie præter noſtram conſcientiam vtuntur literis alicuius indulgentię, conceſſis olim per prędeceſſores noſtros vel Capitulum Neapolitanum aliquibus eccleſiis ſeu hoſpitalibus ciuitatis & diœceſis prædictarum.

Conſtitutio trigeſima prima.

Quod clerici & præsbiteri non deferentes biretum vel ceprenſem clauſum ſoluant tarenos tres, vel ſtent in carcere ſex diebus.

VOlentes clericos & præsbiteros vniuerſos noſtro paſtorali commiſſos regimini, prout tangit nos ſollicitudo iniuncti officii, moribus conformare, monemus omnes & ſingulos canonicos noſtræ maioris eccleſiæ Neapolitanæ, rectores eccleſiarum ciuitatis & diœceſis Neapolitanæ prædictarum, in eis commorantes, quatenus ipſorum quilibet infra dies qndecim, a die publicationis præſentium computandum, debeant ſe conformare ad portandum habitum clericalem dicti, videlicet, canonici, & rectores intra ciuitatem & in eccleſiis in publico ince

dant induti deſupèr capa longa ſeu tabarro congruentibus honeſtati ordinis clericalis, præfati vero præsbiteri biretum, vulgariter nuncupatum, uel caputium ſuper caput ſuum & tonſuram deferant congruentem, ac etiam clauſa undiq; deferāt præsbiteri de ciuitate prædicta Neapolitana, & in ea commorantes intra ciuitatem prædictam, & præsbiteri de dicta dioceſi, & commorantes in ea intra caſalia in quibus habitant ſita intra prędictam dioceſim, ac etiam intra ipſam ciuitatem, deſuper, & in publico, & in eccleſia indumenta, videlicet, capam, ſeu tabartum, ceprenſem, ſeu cotarditam amplas & longas, breuitate nimia, vel longitudine non notandi, ſed honeſtati præsbiteratus ordinis congruentes: contemptorem autem præmiſſorum, vel alicuius eorum in tarenis auri tribus, applicandis ad pium opus, vel detrudendum, areſtādum & detinendum captiuum ſex diebus in carcere ſupradicto, puniendum vice qualibet decernimus in hiis ſcriptis.

Conſtitutio trigeſima ſecunda.

QVoniam in epiſtola decretali deſcribit̄, clerici neq; comā nutriant, nec barbam, monemus oēs & ſingulos clericos de ciuitate & dioceſi Neapolitana, & commorantes in eis, quatenus barbam vel comam nutrire, ſeu deferre non audeant, uel præſumant, ſed tonſuram & clericam deferant congruentes: contemptorem vero quemlibet in tarenis auri tribus in opus pium conuertendis, ut. s̄. mulctandum uel detrudendum, areſtandum, & captiuum detinendum in ſupradicto carcere ſex diebus puniendum uice qualibet decernimus in his ſcriptis.

Conſtitutio trigeſima tertia.

Excommunicatio contra præsbiteros forenſes celebrantes, uel ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrantes in ciuitate uel dioceſi neapolitana.

SAepe contingit q̄ nonnulli vinculo excommunicationis aſtricti, aut apoſtatæ, uel irregulares, ſeu criminoſos, & ſacramentorum participatione indigni, ſuam patriam, antequam de hiis habeatur notitia, fugientes, ſe in ciuitate & dioceſi neapolitana improbe ingerunt celebrationi miſſarum, & populo præſumunt, non ſine graui offenſa Dei, miniſtrare eccleſiaſtica ſacramenta. nos igitur animarum ipſorum periculis obuiare, & Chriſti fidelibus, ne decipiantur, occurrere, officii debito cu-

plentes,ſtatuimus ꝙ nullus,natione ignotus,forenſis,aut alterius ciuitatis,aut dioceſis oriundus,ꝙ de quolibet præſumatur,niſi,ſaltem per famam,ipſius origo neapolitana,uel competentibus indiciis approbetur, audeat,uel pręſumat in ciuitate & dioceſi neapolitana miſſam uel miſſas celebrare,nec aliqua miniſtrare eccleſiaſtica ſacramenta,ſine noſtra licentia ſpeciali:in contrafacientes excommunicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis:iudicamus autem dictam licentiam nullatenus,etiam de gratia concedenda,niſi de uita,ordinibus,& moribus,atq; eius ſufficientia plenaria fiet fides:& conceſſas omnes cuiuſcunq; tenoris licentias huiuſmodi præſentibus reuocamus.

Conſtitutio trigeſima quarta.

Excommunicatio contra tenentes ultra ſeptem miſſas in hebdomada.

QVia,prout ad noſtrum peruenit auditum, pleriq; ſacerdotes, non quę Ieſu Chriſti ſunt quærentes,lucris, in ſpiritualibus, inhærentes in ciuitate uel dioceſi neapolitana ultra ſeptem miſſas in hebdomada in beneficium aſſequuntur, qui non ualentes perſonaliter ſeruire,eiſdem per ſubſtitutos minus legitime ſeruiunt, quinimmo deſeruiunt contra ſacrorum canonum inſtituta. uolentes, prout officii debitum nos compellit,de ſalubri remedio prouidere, monemus omnes & ſingulos ſacerdotes ciuitatis & dioceſis neapolitanæ, & in eis commorantes vna monitione pro omnibus,quatenus infra qndecim dies a die publicationis præſentium computandos, miſſas ultra ſeptem numero ſupradictas,et ipſarum beneficia nobis,uel illis ad quos ſpectat collatio & præſentatio earundem debeant reſignare,et in futurum ultra prædictum numerum non debeant acceptare: contemptorem uero quemlibet exnunc prout extunc, dicta monitione præmiſſa canonica, excommunicamus ſententialiter in hiis ſcriptis.

Conſtitutio trigeſima quinta.

Excommunicatio contra exequutores,ꝙ aſſignent poſſeſſiones celebrantibus miſſas ipſas.

ITem aduertentes propenſius ne defunctorum uoluntates ultimæ defraudentur,ſed quãtum licet & expedit, cum aliud uelle non poſſint, & iterum arbitrium iam non redit, exequutioni debitæ demandentur.

Declarando decernimus ꝙ non liceat exequutori alicui teſtamentario, uel alteri, qui ex diſpoſitione, ſeu commiſſione habeat miſſas aliquas fa-cere celebrari, domos, terras, uel alias poſſeſſiones, ad hæc ſpecialiter de putatas, tenere, certam dando pecuniam miſſas celebrantibus ſupradi ctas, ſed domos & poſſeſſiones prædictas aſſignent miſſas tales celebrã tibus, infra quindecim dies a die publicationis præſentium computan-dos, niſi per teſtatorem aliud fuerit ordinatum: alioqn contemptorem quemlibet exnunc prout extunc, dicta monitione præmiſſa canonica, excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis.

Conſtitutio trigeſima ſexta.

Monitio contra conferentes miſſas uel beneficia alia ſine confirmatione neapolitani Archi epiſcopi, & ſuſpenſio recipi-entium clericorum.

ITem quia ſunt nonnulli clerici & laici in ciuitate &, dioceſi neapoli-tana, quibus certorum beneficiorum, ſeu eccleſiarum, uel miſſarum præſentatio competit, ipſa pro ipſorum uolũtatis arbitrio conferentes. igitur cum eorundem beneficiorum, eccleſiarum, uel miſſarum inſtitu-tio, ſeu cõfirmatio, ad ipſorum clericorum uel laicorum præſentationem noſcatur deuenire, ad neapolitanum Antiſtitem pertinere: monemus omnes & ſingulos clericos et laicos ſupradictos, quatenus cum uacatio contingerit de prædictis, uel aliquo prædictorum, nobis debeant, prout eis competit, ad prædicta, uel ipſorum aliquod præſentare idoneum in-ſtituendum, ſeu confirmandum per nos, ſeu noſtro mandato, prout iuſti tia ſuadebit, ſub pœna pditionis iuris quod in ipſis habuerit: clericum uero recipientem quemlibet contemptorem, dicta mon'tione præmiſſa canonica, exnunc prout extunc in his ſcriptis ſuſpendimus a diuinis.

Conſtitutio trigeſima ſeptima.

Excommunicatio contra ſacerdotes ſeruientes per ſubſtitutum ſine licentia domini Archiepiſcopi.

MOnemus inſuper omnes et ſingulos præsbiteros ſupradictos qua tenus habens capellam ppriam, ſeu altare, in qua ſeu quo ipſum quotidie, uel in certis diebus in hebdomada oporteat celebrare ſub pœ

na excõicationis

na excommunicationis, quam contra contemptorem quemlibet ferimus in his ſcriptis, in fraudem præſentis conſtitutionis per ſubſtitutum ſeruire nõ debeat, his dũtaxat exceptis, qui in caſu neceſſitatis, vel de noſtra licentia oporteret ipſos aliquatenus abſentare, vel de cauſa alia rationabili ſuadente, & ſine fraude hmõi per ſubſtitutum debeant deſeruire.

Conſtitutio trigeſima octaua.

Quòd celebrantes duas miſſas eadem die, a diuinis officiis ſint ſuſpenſi.

ITem quia, ſicut teſtimonio fidedigno percepimus, nonnulli qui zelo rapacitatis inuigilanter miſſas duas eadem die dicere non verentur in illuſionem diuini iudicii, & exterminium canonicæ ſanctionis: monemus omnes & ſingulos pręsbiteros ciuitatis & dioceſis neapolita. in eis commorantes, quatenus, præterq̃ in die Natiuitatis Dominicæ, nullus præsbiter vna & eadem die miſſas duas dicere audeat, vel præſumat: cõtemptorem vero quemlibet exnunc prout extunc in his ſcriptis ſuſpendimus a diuinis, & ſuſpenſum manere volumus & decernimus per præſentes, ipſumq; nihilominus ad carcerem archiepiſcopalem prædictam detrudendum, arreſtandum, & detinendum captiuum, & alio noſtro arbitrio decernimus puniendum.

Conſtitutio trigeſima nona.

Quòd clerici ludentes ad taxillos puniantur in tarenis quindecim, & portantes pedites arma, in vna vncia.

VT clericorum actus & mores, quorum vita aliis debet eſſe magiſtra, in melius reformentur, omnes & ſingulos ſacerdotes & clericos ciuitatis & dioceſis neap̃. & commorantes in eis, ludentes ad taxillos, in tarenis quindecim, aut aliquod genus armorum pedites portando per ciuitatem prædictam, in vncia auri vna, carlenis argenti ad ſupradictę cameræ ꝑſoluendum puniendo decernimus vice qualibet in his ſcriptis.

Conſtitutio quadrageſima.

Quòd clerici potantes in tabernis ſoluant vice qualibet florenum vnum.

SI cut percepimus teſtimonio fidedigno, ſunt pleriq; ſacerdotes & clerci qui potius relaxatis habenis q̃ freno honeſtatis ornati, more laicoꝝ per tabernas diſcurrere non verent, denigrando modeſtiam ordinis clericalis: volentes cura paſtoralis officii de ſalubri remedio ꝓuidere, oẽs & ſingulos ſacerdotes, & clericos quoſlibet bibentes vel comœdentes in aliqua taberna, vel ante ipſam in ciuitate prædicta uel ſuburbiis eius, in floreno auri vno uice qualibet, dictæ cameræ applicãdo, ut. ſ. mulctãdum, vel ad carcerem ſupradictum duodecim diebus detrudendum, arreſtandum, & detinendum captiuum, puniendum decernimus in his ſcriptis, dumtaxat exceptis qui fuerint vel ueniendi ad eam de partibus aliis cã accedendi extra ciuitatem ipſam ad partes alias in itineribus cõſtituti.

Conſtitutio quadrageſima prima.

Excommunicatio contra facientes ſe ordinari præter conſcientiam neapolitani Antiſtitis.

VErentes attentius q̃ nõnulli clerici de ciui. uel dioc. neap. & cõmorãtes in eis ſurreptitie ab alienis epis minus legitime ad ſacros ordines ſe faciunt ꝓmoueri, excõicamus ſententialr in his oẽs & ſingulos de ciuitate & dioceſi ſupradictis qui ſurreptitie pręter nr̃am ↄſciẽtiam, noſtra nõ obtẽta licẽtia, ab aliquo pręlato ſe fecerint ad aliquem ordinẽ ꝓmouere.

Conſtitutio quadrageſima ſecunda.

Quod clerici exercentes mercimonia ſoluant vnciam unam.

IN ſinuatione frequenti noſtris eſt auribus intimatũ, q̃ nõnulli ſacerdotes & alii clerici ciuitatis & dioceſis neapolitanæ & cõmorantes in eis in ſacris ordinibus ↄſtituti, mercãtias, tabernam, & alia mercimonia exercere in obprobrium ordinis clericalis, atq; mali exempli ꝑnitiem non verent, monemus oẽs & ſingulos ſacerdotes & clericos ſupradictos q iatenus tabernam retinere, mercantias & alia mercimonia exercere p ſe vel alios ulterius non præſumant: contrafacientes vero in uncia auri vna carlenoꝝ de argẽto, vt ſupradictæ camerę applicãda decernimus puniẽdos: declarantes aũt non includi in ↄſtitutione prædicta vẽdentes vinũ, ſeu fructus, & gręcum, tabernariis vel aliis mercatoribus, licet dicti tabernarii uel mercatores dictũ græcum uel uinum vendãt, ſeu uendi faciant ad minutum: & locatores ſuaꝝ domoꝝ, q̃q̃ conductores ipſaꝝ, tabernam in eiſdem uoluerint exercere, dummodo in dictæ conſtitutionis fraudem

nihil fiat:contrafacientes uero pœnæ ſuſpenſionis officii & beneficii decernimus ſubiacere.

Conſtitutio quadrageſima tertia.

Contra clericos & præsbiteros tenentes concubinas.

EFfrenatam ſacerdotum & clericoꝝ ciuitatis & dioce. neap̄.& cōmorantium in eiſdem luxuriam,ſolerti dilig̃etia euellere cupientes ꝯſtitionem ſeu ſtatutū olim ꝯtra hmōi editum Melfiæ ꝑ bonæ memoriȩ.D. Gerardum de Parma.S.S.romanȩ eccleſiæ Cardinalem,ap̄licæ ſedis Legatū in regno Siciliæ citra faꝛ,pn̄tibus duximus annotādum,ſtatuentes eādem ꝯſtitutionem,& eius pœnas ꝯtra clericos oēs ciuitatis & dio.neap̄. & cōmorantes in eiſdem habere efficaciam & roboris firmitatem:cuius ꝯſtitutionis ſeu ſtatuti tenor ſeq̄tur infraſcriptus,licet fœlicis recordationis.D.Alexāder Papa.iii.duxerit ſtatuēdum ꝙ clerici q̄ focarias habere noſcunt̄ ꝑ prælatos,ut eas a ſe remouere debeant moneant̄,eas decætero minime admiſſuri,ita ꝙ ſi acquieſcere ꝯtēpſerint,eos ab eccleſiaſticis beneficiis vſq; ad ſatisfactionem ꝯdignam ſuſpēdere debent,& ſi eas ſuſpēſi detinere præſūpſerint,debent eos ab eiſdem beneficiis ꝑpetuo remouere:q̄a tñ ex ꝯſtitutione hmōi nulla uel modica utilitas ꝓuenit ꝑꝑ negligētiam prælatoꝝ:nos huic conſtitutioni quam in regno Siciliæ ꝑpetuis tp̄ibus ualituram edidimus innittentes,ipſam ac ēt decernentes inuiolabil̄r obſeruari ꝯtra oēs & ſingulos qui nūc habent publice ꝯcubinas,ut ſi infra duos mēſes a tp̄e publicationis ꝯſtitutionis hmōi cōputādos ꝯcubinas ipſas a ſe totaliter nō ammouerint,ipſas uel alias in domo ꝓpria vel aliena ulterius minime admiſſuri,ipſo facto ab officio & beneficio ſint ſuſpēſi,& ſi ſic ſuſpēſi eas retinuerint uſq; ad mēſem alium, a bn̄ficiis ſuis ꝑ locoꝝ ordinarios ꝑpetuo ammoueant̄,q̄s extendi ēt uolumus ad eos qui publice ꝯcubinas recipient in futuꝝ,qđ ſi archiepi̅,epi̅,& alii inferiores, exempti,& non exēpti,ad quos ſic ſpectat correctio clericoꝝ ad ꝓcedendum per ꝯſtitutionem hmōi ꝯtra tales clericos obſeruandam fuerint negligentes,tādiu ab ingreſſu eccleſiæ nouerint ſe ſuſpēſos,donec ꝯſtitutionem ipſam ꝯtra clericos ipſos debitæ exequutioni mandabūt.Vt aūt mulieres ſeu ꝯcubinæ hmōi quæ in eodem crimine ſciēter participāt criminoſis,pœnam nō poſſint effugere, ſi infra tp̄s præfixum ꝯcubinariis qđ ſupius eſt expreſſum,ab eis nō receſſerint,nunq̄ ad eos poſtmodum redituræ,uel aliæ fuerint,quȩ de nouo ſibi ꝯcubinarios fecerint:extūc ipſo facto excōicationis ſententiæ eas uolumus ſubiacere.Cȩteꝝ ne prælatus aliq̄s ad pecuniaꝝ lucꝝ uel quæſtum ꝯſtitutionem hmōi præſumant cō

uertere, diſtrictius inhibemus ne qs pecuniam uel emolumẽtum aliqđ in utilitatem ꝓpriam ꝯuertẽdum recipiant ex hac cá, qđ ſi ꝯtra fuerit pꝑpetratum, ſi Archiepſ, uel Epſ, aut Abbas, uel alius prælatus exẽptus extiterit qui deliquerit in receptione hmõi, donec duplum eius qđ recepit in pios uſus ꝯuertat, Archiepſ, uel Epſ a pontificali officio, abbas, uel alius prælatus exẽptus ab officio ſint ſuſpenſi: alii uero abbates minores & inferioris gradus pſonæ ſentẽtiæ excõicationis ſubiaceant ipſo facto, a qua abſolui non poſſint, niſi prius duplum eius qđ recepint in opus pietatis duxerint conuertendum: quas pœnas contrafacientes incurrere uolumus, & in eiſdem in his ſcriptis decernimus puniendos.

Conſtitutio quadrageſima quarta:

Quód clerici congregantes ſe inſimul ultra uiginti numero præter q̃ ad diuinum officium puniantur in unciis duabus.

DOcuit experientia reꝝ in ciuitate neap. qdam ſacerdotes & clerici ſeminatores zizaniæ ſub pelle agni gerentes lupum, ꝓcurant ꝯgregationes fieri hoĩum ſub ſpecie boni blandiendo, & ſequaces trahunt ad ipſoꝝ neqtiam prçcõceptam, & per ꝯuenticulas & illicita monopolia inigratis ſibi defenſionem ꝓcurãt. Igit̃ cum ſit malitiis hoĩum obuiandum pñti ꝯſtitutione oẽs ꝯuẽticulas, monopolia, ꝯſpirationes, ꝯiurationes quorũlibet clericoꝝ, & ut oĩs uia præcludat̃ neqtiæ, ꝯgregationes, & quaſlibet adunãtias ipſoꝝ ultra uiginti numero ex quacunq; cá, prçterq̃ ad diuinum officium celebrandum attentari uel fieri ꝑtinus ꝓhibemus abſq; noſtra licẽtia ſpeciali: ꝯtemptorem uero quẽlibet, & dantes ad hoc auxilium, ꝯſiliũ, & fauorem, publice uel occulte, cuiuſcunq; ſint dignitatis, prçeminentiç, ꝯditionis, uel ſtatus in unciis auri duabus carleñ. de argẽto, ut ſ. dictç cameræ applicandis mulctãdum decernimus in his ſcriptis, exceptis collegiis, & ꝯgregationibus approbatis: quç ſeu quas pro eoꝝ tractãdis negociis oporteat ꝯuenire, ſeu ꝯgregari pñti non includimus ſanctioni, ſed eoꝝ, ſi forte deliquerint in præmiſſis, ꝯſpirationes ſeu ꝯiurationes illicitas faciendo ſ̃m iuris cõis diſpoſitionem dimittimus puniendos.

Conſtitutio quadrageſima quinta.

Monitio mœdicorum.

CVm infirmitas corporalis nonnunq̃ ꝓueniat ex peccato, ꝓut ſacri canones atteſtant̃, monemus oẽs & ſingulos mœdicos: ut q̃primo eos

contingerit uiſitare infirmos, teneantur eos, & debeant exhortari, & inducere ut confiteantur peccata ſua ſacerdoti, euchariſtiam recipiant, & alia ſacramenta.

Conſtitutio quadrageſima ſexta.

Quod rectores eccleſiarum ſumptibus ſepellire faciant in ipſorum eccleſiis corpora pauperum hominum mortuorum.

ET quia multorum inſinuatione didicimus cum clamore, ꝙ nonnulli pauperes & ægeni decedentes in ciuitate & dioceſi neap. ꝑpter eorum inopiam, pluribus diebus carent eccleſiaſtica ſepultura: volentes ex noſtri officii debito de ſalubri remedio prouidere, præſentium tenore requirimus, ꝙ monemus omnes & ſingulos Capellanos & Rectores eccleſiarum ciuitatis & dioceſis neap. prædictarum patrocchiam funeralem habentium, quatenus ſub excommunicationis pœna, & vnius vnciæ, vt q̄primum ad ipſorum notitiam peruenerit de morte decedētium prædictorum, Capellani præfati notificare debeant Rectoribus ſupradictis mortem decedentium eorūdem, dictiq; Rectores ſublato moræ prependio, ſtatim ad eorum expenſas, vt conuenit, ſepelliri faciant in dictis eccleſiis corpora decedentium præſcriptorum.

Conſtitutio quadrageſima ſeptima.

Quod incedentes in habitu clericali, non exiſtentes clerici, puniantur in vncia vna.

SIcut crebra ad nos relatio fidedigna perduxit, ſunt pleriq; in ciuitate & dioceſi neap. qui in obprobrium ordinis clericalis, & eluſionem, atq; ſubterfugium iudicii ſæcularis, cum non ſint clerici, clericali caractere inſigniti, incedunt in tonſura, & habitu clericali: volentes, prout ex noſtri officii debito obligamur, obuiare de remedio ſalutari, tenore præſentium requirimus & monemus omnes & ſingulos huiuſmodi incedētes in tonſura, & habitu ſupradictis, quatenus ſub pœna vnius vnciæ in carlenis argenti, vt ſu pra, dictæ cameræ applicandæ, in quemlibet contemptorem vice qualibet decernimus puniendum, in tonſura & habitu ſupradictis incedere nō debeant, niſi primo legitime ordinati fuerint ad clericalem ordinem ſupradictum.

Conſtitutio quadrageſima octaua.

Contra Abbatiſſas & moniales exeuntes de mōnaſteriis,vel ſine li-
centia Archiepiſcopi recipientes in eorum monaſteriis extra
neas perſonas intrantes dicta monaſteria.

SIcut euidentia facti notoriat,& notoria manifeſtat,moniales mona-
ſterioꝝ ciuitatis neap̄.extra ſua monaſteria ꝑ habitacula ſęcularium
ꝑſonaꝝ effrenate diſcurrūt, & intus ipſaꝝ monaſteria ꝑſonas quaſlibet
indifferenter admittūt,in illius cui ſuam integritatem uolūtate ſpōtanea
deuouerūt,grauem offenſam,religionis obprobrium,& ſcādalum pluri-
moꝝ.volentes ſuꝑ his,ꝓut ſollicitat nos cura paſtoralis officii,ſalubriter
ꝓuidere,pn̄ti edicto publico,qđ in dictis monaſteriis publice diuulgari,
& in hoſtiis eorūdem monaſterioꝝ affigi iuſſimus, ut nemini ſit occultū,
reqrimus,monemus,atq; hortamur oēs & ſingulas abbatiſſas & monia-
les dictoꝝ monaſterioꝝ quatenus deinceps moniales eædem non egre-
diant̄ ipſaꝝ monaſteria quacūq; ratione uel cā,& præfatę abbatiſſę ꝯtra
hæc fieri aliquatenus nō ꝑmittant,& ſiqua monialis uel abbatiſſa ad pn̄s
extra ſuum monaſteriū fuerit,infra trium dieꝝ ſpatium a die publicatio
nis pn̄tium cōputandum redire debeant cū effectu ad clauſtꝝ monaſte-
rii pręlibati:& ſi forſan cā rōnabilis egrediendi monaſterium ſuaderet:
eo caſu uolumus pro parte ipſaꝝ monialium ad nos recurſum haberi ꝓ
egrediendi licētia obtinenda:& ut præſcriptę moniales liberius Deo ſer
uire debeāt,& a mūdanis ꝯſpectibus ſeparari,eaſdem moniales & abba-
tiſſas,ut.ſ.reqrimus & monemus quatenus nulla abbatiſſa uel monialis
intus monaſterium earūdem,aut intus domos ipſis deputatas ſub pręte
xtu audiendaꝝ ꝯfeſſionum,ſeu prædicationum,uel celebrationis diuini
officii recipiat,uel intrare ꝑmittat aliquem religioſum,uel ſęcularem cle
ricum,ēt prætextu exercendaꝝ ꝓcurationum cuiuſcunq; dignitatis aut
pręeminētię,ꝯditionis,aut ſtatus exiſtat, ēt ſi pontificali uel quacūq; præ
fulgeat dignitate,uel ēt laicum quocūq; prętextu,& nullus prędictoꝝ in
trare audeat uel præſumat,ſine noſtra licētia ſpeciali:excipimus religio-
ſos,uel ſæculares clericos,ſiue laicos in die ꝯſecrationis alicuius abbatiſ
ſæ uel monialis,dū miſſa ibidem celebrat̄, in die peculiarium feſtiuitatū
ipſaꝝ,a primis ueſpis uſq; ad ſecundas ueſpas tunc ꝓxime uenturas ſe-
quentes,& in die funeris,dū officium mortuoꝝ celebrat̄,& prædicat̄, &
mœdicos ex cā rōnabili,ſeu monitionis flobothomationis ad pręſcripta
monaſteria accedētes,dūmodo in prędictis nihil fraudis ſiue doli finga
tur.Monemus inſuꝑ pro primo,ſecūdo,tertio & ultimo ꝑemptorio quā-
libet prędictaꝝ ꝑſonaꝝ,de qbus in genere uel in ſpecie facimus mentio
nem,eiſdem ſub excōicationis pœna infraſcriptis mandantes ut prędi-
cta,& ipſoꝝ quęlibet debeant obſeruare,alioqn ipſas ex qualibet negli-

genda uel ɔtemptu ɔtra modum & formam, prædictos excõicationis ſniam decernimus incurrere ipſo facto, præter epos, quos ex hmõi cõ- temptu ob reuerẽtiam dignitatis, ingreſſus eccleſiæ tm̃ incurrere eoipſo decernimus in his ſcriptis, & faciemus noiatim excõicatos publice nũ- ciari tãdiu donec ad mãdata eccleſię atq; nr̃a humilr redeũtes, & ſatisfa ctionẽ ɔdignã abſolutionis bñficiũ exinde a nobis meruerint obtinere.

Conſtitutio quadrageſima nona.

Excommunicatio contra aſſociantes moniales prędictas con tra formam conſtitutionis ſupradictæ.

VT pręſcriptæ moniales clauſtꝝ retineant, oẽmq; materiam egre- diendi eaꝝ monaſteriũ eiſdem monialibus prȩcidere cupiẽtes, mo nemus oẽs & ſingulos clericos & laicos ciuitatis & dioc. neap. & moran tes in eis, quatenus deinceps nullã monialem egrediẽtem de ſuo mona ſterio aſſociare ſeu comitari debeat ad domũ alicuius ɔſanguinei vel a- mici, niſi cã rõnabili ſuadẽte, de nr̃a licentia egrederet de monaſterio ſu pradicto in contrafaciẽtes excõicationis ſniam ferimus in his ſcriptis.

Conſtitutio quinquageſima.

Contra monachos incedentes ſolos extra ipſoꝝ monaſteria.

VOlentes ut monachi, q relictis mũdanis illecebris, elegerũt in reli- gionis habitu in arce ɔtẽplationis dño famulari, a qbuſlibet deuiis pręſeruent, ſtatuimus & ordinamus ꝙ nullus monachus monaſteriũ ci uitatis uel dioc. neap. egrediat de ſuo monaſterio, niſi forſitan egrediẽdi cã iuſta & rõnabilis ſuaderet: quo caſu cõmittimus ꝙ egrediat aſſocia- tus uno alio monacho eiuſdem monaſterii incedentes cũ cucullis, & ad loca honeſta tm̃modo accedentes, ac de ſui abbatis impetrata licẽtia, uel obtẽta. In cõtẽptorem uero quẽlibet in his ſcriptis excõicationis ſni am ꝑmulgamus, his dũtaxat exceptis qui de licentia ſui abbatis uel ſuperioris extra ciuitatem neap. acceſſerit aſſociatus uno alio monacho ſui mona- ſterii, uel alio honeſto ſocio, ſiue famulo.

Conſtitutio quinquageſima prima.

Quod permanentes excommunicati publice per menſem, ſoluant florenum nnum.

ITem q̄ nõnulli claues eccleſię contẽnentes in excõicatione pſiſtere non uerẽtes poſt tpa accedũt abſolutionis beneficiũ petituri:ne ipſoꝝ contẽptus tranſeat impunitus,ſtatuimus & ordinamus,q̄ qcũq; fuerit p nos & nr̃am curiam excõicatus publice,uel ipſam excõicationem incurrerit,& in ea ſciẽter & publice p mẽſem pmanſerit,nullatenus abſoluat̃, donec idonee caueat de adimplẽda pœnitẽtia p nos eidem imponẽda, quam tũc fore uolumus pegrinationis ad locũ diſtãtem a ciuitate neap. p dietam:cuius pœnitentiæ ommittẽdæ ſi caſus ſubeſſet,eũdem decernimus puniẽdum in floreno vno auri,cõuertendo in opus aliqd' pietatis: ſi uero ultra menſem in eadem excõicatione pſtiterit aĩo indurato, ipſo grauiori pœnæ uel pœnitentiæ ſubiecto,ſic contra eum rigor inſurgat eccleſiæ diſciplinæ,q̄ ſibi cedat ad pœnam,& aliis ad terrorem.

Conſtitutio quinquageſima ſecunda.

Quód quilibet Capellanus habens parrocchiam funeralem habeat copiam conſtitutionum huiuſmodi ſub pœna excõmunicationis.

QVia introduxit laudanda iuris auctoritas leges & cõſtitutiones ab oĩbus obſeruari,ne prę ſcriptaꝝ noſtraꝝ ꝯſtitutionum aliqs prætẽdere valeat ignorãtiam,vt qa ad eũ non puenerit,qũolibet excuſare:reqrimus,& monemus oẽs & ſingulos Capellanos eccleſiaꝝ vel dioce.neap.prædictaꝝ parrocchiam funeralem hñtium,quatenus ſub excõicationis pœna,quam in cõtemptorem exnũc put extunc ferimus in his ſcriptis,infra vnius menſis ſpatium a die publicationis pñtium cõputandum,copiam præſentium conſtitutionum penes ſe habere debeant pro ſui & aliorum magiſterio,teſtimonio,& cautela.

Conſtitutio quinquageſima tertia.

Quód in cauſis & quæſtionibus iuriſpatronatus poſſit procedi ſummarie,& de plano.

QVia,put ſacri canones atteſtant̃,iurgãtium cõtrouerſias celeri ſentẽtia terminare eqtati cõuenit,& rigori,ſtatuẽdo decernimus,ordinamus,atq; firmamus de cõſenſu ſupradicti noſtri Capituli,habita prius deliberatione cũ eodem Capitulo diligẽti,q̄ in cauſis pñtationum iuriũpatro.& rectoriaꝝ eccleſiaꝝ ciuitatis & dio.neap. inceptis,pendẽtibus, & futuris,neap.Antiſtes,& eius vicarius poſſit & ualeat cognoſcere, nõ ſolũ ſũmarie, & de plano,ſine ſtrepitu & figura iudicii,put nouiſſima

iura ꝓcedũt,ſed ẽt oĩ ordine iuris & iudicii prætermiſſo,ipſaſq; decidere, & terminare,ſola cãæ principalis inſpecta indagine & ſubſtãtia veritatis.

Conſtitutio quinqnageſima quarta.

De modo procedendi ſuper inſtrumento publico in iudicio producto,& pœna in eo contenta.

CIrca iuſtitiæ tramites oculos noſtræ ꝓuiſionis,libẽter aduertimus at mando legũ munimine præſidalem ſolertiam,vt pellat́ falſitas,mẽ ́aciũ ſileat,& tota veritate luceſcat, ad hoc ẽt iuxta catholicoꝝ Principũ ritus laudabiles pñti ꝯſtitutione,ſeu ſtatuto ꝑpetuo valituro deſcribimus edicimus,ordinamus,ſtatuimus,& firmamus, ꝙ quotieſcũq; creditor aliꝰ cuius inſtr̃i publici, pœna & iuramento vallati, debitorem ſuũ in eodem inſtr̃o cõſcriptum noluerit in archiepãli curia ſupradicta neap̃.de dictis debito principali,pœna, & ꝑiurio,vel altero ipſoꝝ impetere, denũciare, vel ẽt accuſare,cogi poſſit ꝑ dictã curiam & cõpelli abſq; iudicioꝝ ſtrepi tu & figura sũmarie,& de plano,& teneat́ ſi actor uel ipſa curia maluerit ſuꝑ dictis pœna,& ꝑiurio,ipſorũq; altero, ac principali debito cõſcripto, ibidem ſuꝑ tenore inſtr̃i prædicti lecti,& vulgarizati eidẽ particulariter & diſtincte,impetitus,denũciatus,vel accuſatus,ipſe abſq; oblatione libel li petitionis & capituloꝝ alioꝝ quorũlibet reſpondere,& ꝑ reſpõſionem hmõi in cã ipſa fiat litis conteſtatio,& ſic legitime conteſtata,ac calũniæ iur̃m in oĩbus capitulis ꝯtẽtis in calũniæ iur̃o a partibus actrices,& curiæ cauere idonee teneat́ in cã ipſa de iudicio ſiſti, iudicato ſoluẽdo in oĩbus huius clauſulis opportunis,& alias in forma ipſius curiæ cõſueta,dictęq; parti actrici & curiæ ſufficiat ꝓpoſitionibus,articulis,capitulis,& ꝓbatio nibus ſuis oĩum & ſinguloꝝ cõtentoꝝ in dicto inſtr̃o, dictum inſtr̃m tm̃ ꝓducere,cui inſtr̃o interim fidem veridicam volumus & decernimus adꝰ hiberi donec infra cõpetentem terminũ contra ipſum inſtr̃m, & cõtenta in eo,ꝓbationes legitimas & ſufficiẽtes fecerit,& effectualr̃ ꝓduxerit, & ꝓbauerit pars aduerſa. Veꝝ qa defenſiones a iure naturę ſunt ẽt introdu ctæ:volumus,& decernimus ꝙ parti aduerſæ cõuentæ prædictę ad oẽm ſuã defenſionẽ faciẽdã & ꝓducẽdã in cã ipſa.x.dieꝝ terminus ꝑemptoriꝰ us ſtatuat́:& cũ ꝓbationũ facultas anguſtãda nõ ſit,ſed potius ampliãda xx. alioꝝ dieꝝ ad ꝓbãdum cũ effectũ eaſdẽ terminus alius ꝑẽptorius prę figat́,ac ſucceſſiue in cã hmõi ꝓcedat́,ipſaq; elapſo dicto termino fine ca nonico terminet́,ꝓut iuſtitia ſuadebit,aliis iuris ſolẽnitatibus ꝑ̃termiſſis.

Conſtitutio quinquageſima quinta.

Quòd non admittatur quis ad accuſandum, niſi prius ſe obliget ad certam pœnam.

NE calũniantium ꝓcax temeritas, audacia ꝓnius ad falſitatis ꝯueta decurrat hac edictali cõſtitutione ꝑpetuo valitura deſcribimus, edicimus, ordinamus, ſtatuimus, atq; firmamus denũciatorem ſeu accuſatorem quẽlibet in dicta archiepali curia cuiuſcũq; criminis, nõ admitti, niſi ſe inſcribat, & obliget primitus ad certã pœnã ꝯdecentẽ in denũciatione ſeu accuſatione ipſa ꝯtẽta, ita ꝙ curia ipſa obtineat legitime ꝓbatuꝝ.

Conſtitutio quinquageſima ſexta.

Conſtitutio de refectione expenſarum per contumacem in decem granis ante litem conteſtatam.

ITem ne fraus patrocinet cõtumacibus, ſiue dolus, cõdẽnationem expenſaꝝ ante litis ingreſſum factaꝝ p partem cõparentem in curia antedicta determinatam fore diſponẽtes, cõtumacem partem alteri parti quæ cõparuerit ſupradictæ pro expẽſis prædictis in .x. granis auri mulctamus, & mulctando decernimus uice qualibet in his ſcriptis.

Conſtitutio quinquageſima ſeptima.

Conſtitutio ꝙ ſufficiat bina citatio ad domum, vt contumax reputetur.

POrrò calũnioſis anfractibus & diſpẽdiis litigãtium viam præcidere cupiẽtes, cũ paꝝ ꝓdeſſet obedientia humilibus ſi ꝯtẽptus cõtumacibus nõ obeſſet: pñti cõſtitutione deſcribimus, edicimus, ordinamus, atq; firmamus, ꝙ cõtra citatum quauis ex cã in dicta curia, & cõtumacem ſufficiat bina citatio ad domũ habitationis ſuæ, ẽt ſi citatio ipſa citatũ eũdẽ ꝑſonalr nõ apprehẽderet, vel vnica citatio ꝑſonalis, vt ꝯtra eundẽ citatũ nõ cõparẽtẽ & ꝯtumacẽ, ꝓcedi poſſit legitime ad excõicationis ſniam & alias pęnas iuris & remedia tãq̃ ꝯtra veꝝ, manifeſtũ, & notoriũ ꝯtumacẽ.

Conſtitutio quinquageſima octaua.

Contra iniuriantes officiales, aduocatos, & ꝓcuratores curiæ archiepalis.

DEcet præſidẽtes in ſolio, quos maioritatis ſublimat auctoritas, vt cultus extollat iuſtitiæ, quæ conſtans & ꝑpetuo mãſura deſcribit in ſui

diſtributione pſonas non excipiēs,nec differētias introducens,& ne p cu iuſuis ſupſtitioſæ malignitatis aſtutiam pſtrata ſubiaceat,puiſione dñica puidere.Nēpe ad nos nup,qđ moleſte referimus,infauſti rumoris aſſertione peruenit,φ iniq filii hoīum,pacis æmuli,diſſidiæ zelatores,nōnulli accedētes ad noſtram archiepālem curiam humilr iuſtitiam petituros,pcuratores,aduocatos,officialeſq; noſtros,& eiuſdem curię ad explicationem & exequutionem iuſtitiæ deputatos interdū iniuriis,necnon & cōtumeliis,qñq; verberibus afflixere,& maxime in noſtro archiepāli palatio,vbi ipſa curia regit,in quo velut tutiſſimo refugio non debuit oriri iniuriādi occaſio vbi iura reddunt,quo fit,vt picula,rācores,& odia,ac alia nephāda multipliciter ſubſequuta,pſæpe iuris exequutio,quæ licet in ſe non habeat iniuriam,iniuriata ſuccūbit.Igit in partem ſollicitudinis euocati,nō valentes hęc ſub diſſimulatione trāſire,cū ſit fouere crimina ipſoꝝ,nōn tollere cōtra patratores hmōi,& pręſtātes ad hęc auxilium,cōſilium,vel fauorem cōſurgat nouella ꝓpago iuſtitię, qua pñti cōſtitutioni,ſeu ſtatuto ppetuo valituro, deſcribimus, & monemus oēs & ſingulos de ciuitate & dioc.neap.& cōmorantes in eis quatenus deinceps dictis accedētibus ad ipſam curiam iuſtitiam petituris,pcuratoribus,aduocatis,& officialibus,vel alicui eorūdem iniurias,cōtumelias,& verbera verbales,vel pſonales inferre,vel inferri facere,maxime in palatio ſupradicto,& ambitibus ipſius,nec ad id pręſtare auxiliū,cōſilium,vel fauorem quopuo modo audeāt vel pręſumāt:contēptorem vero quēlibet præmiſſoꝝ vel alicuius ipſoꝝ exnunc ꝑut extunc dicta monitione præmiſſa canonica excōmunicamus ſententialiter in his ſcriptis,a qua abſolui non valeāt, niſi ſatiſfactione præmiſſa,& remiſſionē a parte offenſa primitus obtinuerit.

Conſtitutio quinquageſima nona.

Excommunicatio contra detinentes,& non reſtituentes inſtrumenta & cautelas poſt debitum ſolutum.

Quia bona fides non patit vt ſemel exactū ſæpius exigat:monemus oēs & ſingulos de ciuitate & dioc.neap.& cōmorantes in eis hñtes inſtra publica vel cautelas alias debiti pecunię,vel rei alterius cuiuſcūq; p ipſos mutuati,ſeu crediti,quatenus poſt reqſitionem de reſtituendo dicto inſtro,vel cautela dicti debiti exſoluti p debitorem hmōi inde factam dictū inſtm,ſeu cautelam inciſum eidem debitori reſtituere,vel ipſum debitorem de dicto debito quietare debeat,& ppetuo p inſtm publicū vel aliter legitime liberare debeat cū effectu ipſum debitū exſolutū teꝝ nullatenus petiturus:cōtemptorem vero quēlibet ſic monitū,dicta

monitione præmiſſa canonica, excōicamus ſententialiter in his ſcriptis. verum cū ſint nōnulli de dictis ciuitate & dioc. & cōmorantes in eis, qui in ſuaꝝ piculum aīaꝝ, & alioꝝ præiudicium & iacturam detinent fraudulenter indebite occupata inſtr̄a publica, priuilegia, & cautelas alias de iure, & ad alios plenarie ptinentes: monemus oēs & ſingulos hmōi detentores & occupatores quatenus dicta inſtr̄a, priuilegia, & cautelas his ad quos de iure ſpectare noſcunt, reſtituere debeant cū effectu: contemptorem vero quemlibet ſic monitum dicta monitione præmiſſa canonica excommunicamus ſententialiter in his ſcriptis.

Conſtitutio ſexageſima.

Quo'd in celebratione miſſarum præsbiteri himnos, orationes, & alia inſtituta ſolenni a dicere non ommittāt, alioqn ſunt excōmunicati.

IN ciuitate & dioc. neap̄. inter pręsbiteros, dū p eos miſſaꝝ celebrantur ſolennia, qdam abuſus adeo inoleuit, ꝙ hmōi celebrādo ſolēnia, pſalmos, himnos, orationes, & alia quæ nō debent pp cauſam aliq̄ prætermitti, pp ipſoꝝ ignorantiæ cecitatem miſſas celebrare fugientes, ommittūt dicere, vt tenent, licet populo p ſuppreſſa verba id dicere ſe oſtendunt, pp qd̄ præsbiteri ipſi ſolēnia ipſa taliter ſincopātes, non ſolū Deo, cui non verent, illudunt, ſed populo, quem decipiunt, ſe aſtringunt: ſup qbus nos ex officii noſtri debito volentes ſalubriter ꝓuidere, oēs & ſingulos præsbiteros ciuitatis & dioc. neap̄. & in eis degētes auctoritate p̄ntium reqrimus, & monemus, eiſq; & cuilibet ipſoꝝ ſub excōicationis pœna, quam ſi mādati noſtri hmōi ꝯtēptores extiterint, ꝓferimus exnunc ꝓut extunc ſententialr̄ in his ſcriptis diſtricte præcipimus, & mādamus quatenus pſalmos, himnos, orationes, & alia quæcunq; ſolēnia p. S. Romanam eccleſiam ordinata in celebratione miſſaꝝ, ſm̄ ꝙ p ſua tp̄a per ipſam eccleſiam ſunt diſtributa, dicere debeant expreſſis verbis, vel legendo, aut cantando, ſm̄ ꝙ feria exiget, ſiue feſtum.

Conſtitutio ſexageſima prima.

Quo'd in celebratione miſſarum vinum & aquam diuiſim in calicem ponant præsbiteri, nec vinum limphatum teneant in altari.

ATtendentes ꝙ ſacri canones de cōmixtione aquæ cū vino in ſacramento euchariſtiæ, vt diuiſim in calicem immittant, deliberatione ꝓuida ſtatuere, eadem auctoritate monemus oēs & ſingulos pręsbiteros

ciuitatis & dioc.prædictę,& in eis degẽtes,eisq; & cuilibet ipſorũ mãdamus ſub excõicationis pœna diſtrictius,quatenus ad altare vinũ lymphatũ,ſiue aqua mixtũ portare, aut deferri per alium,pati non audeãt,ſiue mandent,ſed primo vinum in debita quantitate,& ſucceſſiue aquam in minori quantitate quàm ſit vinum, iuxta canonica inſtituta, per ipſos poni mandamus in calicem, cum de Chriſti latere primo ſanguis, poſtea aqua profluxerint,ſm euangelicam veritatem: in contrarium vero facientes exnunc prout extunc excommunicationis ſententiam proferimus ſententialiter in his ſcriptis.

Conſtitutio ſexageſima ſecunda.

Quòd in altari luminaria congrua teneantur in celebratione miſſarum.

MOnemus etiam omnes & ſingulos præsbiteros ipſos, ac eis & cuilibet ipſorum eadem auctoritate ſub excõmunicationis pœna, diſtricte præcipiendo mandamus quatenus dum per eos miſſaꝝ tam ueneranda ſolennia celebrantur, lumina debita, ſm ꝙ tempus & facultates eorum exigunt, teneant in altari, vt ex hoc fides & deuotio apud omnes augeantur in mentibus: inobedientes autem excommunicationis in his ſcriptis ſententiam promulgamus.

Conſtitutio ſexageſima tertia.

Quòd trahentes clericos ad forum ſæculare ſunt excommunicati.

INaudita præſumptio vſq; adeo illicitis auſibus aditum patefecit, vt clerici & laici, ac aliæ perſonæ quælibet, clericos ſcienter criminaliter & ciuiliter ad iudicia publica pertrahunt, ſuo Pontifice & ordinario iudice derelicto, quod & in præiudicium libertatis eccleſiaſticæ prouenire dignoſcitur, & canonicis ac ciuilibus ſanctionibus, ſuper hoc pie editis, non modicum derogare: igitur ſuper præmiſſis prouidere volentes, & præſumptuoſam voluntatem talium, inquantum poſſumus, refrenare, de conſenſu noſtri neap̃. capituli præſenti conſtitutione ſtatuimus, & omnes & ſingulos tales trahentes clericos, vt præmittitur, coram iudice ſæculari, ſiue clerici fuerint, ſiue laici, vtriuſq; ſexus, ſiue etiam religioſi, aut aliæ perſonæ quæcunq;, monemus vt vlterius præmiſſa, vel aliquod præmiſſoꝝ facere non attentent, per ſe, vel per alios, publice, vel occul-

te,alioquin in ipſos & ipſorum quemlibet, prædicta monitione præmiſſa exnunc prout extunc excõicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis.

Conſtitutio ſexageſima quarta.

Contra mulieres quæ per earum negligentiam ſuffocant infantes,& quod non debeant tenere in lecto quouſque venerint ad tertium annum.

SIcut nos experientia docuit, ſunt nonnulli in ciuitate neap.& potiſſime mulieres,qui infantes filios,ſiue alios,quos ipſis tenere incumbit in lectis,in quibus nocte dieque dormientes quieſcunt,ſecum retinent, ex quo multos infantes oppreſſos fuiſſe cognouimus, culpa,ſeu negligẽtia ipſorum,vt prædicitur, eos tenentium præcedente. Super quibus occurrere cupientes de conſenſu noſtri Capituli ſupradicti ſub pœna excõicationis monemus omnes & ſingulos ciuitatis neap.ſupradictos,vt infantes filios,ſeu alios,vt præmittitur,vſque ad triennium in lectis, vt præmiſſum eſt,ſecum non teneant,ſed in cunabulis,vel loco alio extra lectum quieſcere faciant.

Conſtitutio ſexageſima quinta.

Conſtitutio contra præsbiteros tenentes vltra ſeptem miſſas in hebdomada.

ANtonius angeli de neap.canonicus neap.Decretorum Doct.Reue.in Chriſto patris & D.dñi Gaſparis diuina miſeratione Archiepi nea po.in ſpiritualibus vicarius generalis.Vniuerſos & ſingulos Chriſti fideles pñtis conſtitutionis ſeriem viſuros, tam pñtes quam venturos, ſaluet ille qui nihil ignorat.Cũ & ſacram religionem plantare,& modis oĩbus plãtam fouere teneamur, & ea quæ dum recta ſunt, nutrire, ac corrigere, quæ profectum veritatis impediunt,cõmiſſa nobis auctoritate vicariatus noſtri officii ſalubriter curemus,ne ab illo qui ſedet in throno ſanguis inferiorum noſtris exquiratur manibus,ſanè quia ex conſtitutione quondam bonæ memoriæ Ioannis Præſulis neap.emanata,quæ incipit.Quia prout ad noſtrum peruenit auditum,plerique ſacerdotes &c.nõnulla aĩarum ligamina ac pericula proueniunt,& in futurum veriſimiliter oriri poſſunt.Idcirco cum conſilio,voluntateque,beneplacito ven.Capituli neap.prędictam conſtitutionem caſſamus,reuocamus,annullamus,& irritamus,renũciamus,& haberi volumus pro infecta,Itaque ſecundum eam,nec in iudicio,nec extra iudiciũ valeat

iudicari,& hoc,quãtum ad excõicationem tm̃. In aliis vero volumus aſ-
ſatam ꝯſtitutionem firmam eſſe,ſicut prius:ſtatuentes, & firmiter inhibẽ-
tes,vt nemo ſacerdotum ciuitatis & dioceſis neap̄. ac cõmorantes in eis
valeat,ac valeãt deinceps retinere in beneficium niſi ſeptem miſſas tm̃,
vel infra,& non vltra:& ſiqs auſu temerario trãſgreſſor huius noſtræ ꝯſti-
tutionis inuẽtus fuerit retinere vltra ſeptem miſſas,ꝓut ſupius eſt expreſ-
ſum,non ſolum priuet̃ miſſa,vel miſſis,quam,vel quas vltra ſeptem reti-
nere præſumpſerit,ſed etiam puniat̃ arbitrio ſupioris. Quia dignum eſt
enim,vt quos Dei timor a malo nõ reuocat, ſaltem coerceat ſeueritas di-
ſciplinæ:& hanc noſtram ꝯſtitutionem in libro ꝯſtitutionum dictæ eccle-
ſiæ neapo, annotari,annumerari,reddiq;,inſcribi, atq; annis ſingulis in
die quintæ feriæ maioris hebdomadæ in dicta eccleſia hora ſolita cũ ibi
populus ꝯfluerit ad diuina publicari volumus,& iubemus : & vt hæc ad
oĩum & ſinguloꝝ vtriuſq; ſexus notitiam deueniant,& deuenire poſſint,
nemoq; veriſimiliter prætendere,ac allegare ignorantiam valeat,copi-
am dictæ conſtitutionis ſigillo rotundo curiæ Archiep̄alis neap̄. quo in
talibus vtimur impreſſione munitam in valuis dictæ neap̄.eccleſiæ affi-
gendam fieri decernimus,& mandamus affigi. Datum,& actum Neap̄.
in choro dictæ neap̄.eccleſiæ,Anno Dñi.M.CCCC.XL. Die quinto
menſis Ianuarii,tertię indictionis,Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto pa-
tris & D,noſtri Dñi Eugenii, diuina ꝓuidentia Papæ.iiii,anno nono.

Conſtitutio ſexageſima ſexta.

Conſtitutio ꝙ quotidie fieri debeat collecta almi patris Ia-
nuarii, exceptis diebus quibus eſt interdictum ne fiat,
& etiam ꝙ eius feſtum cum ipſius octaua ſub du-
plici officio celebretur,& ꝙ ſemel in mẽſe
per totius anni circulum eius feſtum
ſub duplici officio fiat, & ꝙ in
miſſa dicatur Credo in
vnum Deum,tam
in feſto q̃ in-
fra octa-
uam,& in octa-
ua,& quotieſcũq; eius
feſtũ ꝯtingit ce-
lebrari.

ANtonius angeli de neap̄.canonicus eccleſię neap̄,Decretorũq; Doc.
R.in Chriſto patris & D,Dñi Gaſparis miſeratione diuina Archiepi.

neapolitani, in ſpiritualibus Vicarius generalis: Sacroſancta Romana eccleſia piiſſima conſideratione ſtatuit vt crebris decoretur ſolennitatibus, hi qui pro Chriſti nomine coronam martirii adepti ſunt, cum ſæpiſſimis deprecationibus apud Dei altiſſimi Filium inſtare non deſinunt pro nobis in hac miſeriæ valle degentibus intercedendo, vt qui cæleſtia pariter & ęterna diſponit, & affluenter ſupnorum dona non deficit elargiri in ſua immarceſſibili gloria ſupremi iudicii die nos collocet. Cum autem inter martirum turmas glorioſiſſimum Antiſtitem Ianuarium eximiis miraculis extrenue decoratum, noſtrum ſentiamus eſſe primum patronum, huiuſquè almæ ciuitatis, atque eius ciuium fauorabilem defenſorem, qui velut ſtella matutina inter Angelorum agmina irradiat, & pro clero ſuoque populo affluenter deprecari ac effundere præces non deſinit: hæſitari enim a nemine debet hanc Neapolitanam ciuitatem eius clipeo ſedulo, protegique muniri: ideo eius altiſſimum feſtum omni veneratione digniſſimum, cum ipſius duplici octaua ſub duplici feſto, cum conſilio, voluntate, beneplacitoque venerabilis Capituli neap. decernimus, ordinamus, ſtatuimus, & mandamus perpetuis temporibus fieri ac celebrari, prout in noſtra rubrica inferius poſita declarabitur: & vt Chriſti fideles ad tantæ feſtiuitatis ſolennitatem deuotiſſime confluant omnibus vere pœnitentibus & confeſſis ipſam eccleſiam fœliciſſimi martiris Ianuarii viſitantibus, vel vbicunque eius officium contingerit celebrari, auctoritate Apoſtolorum Petri & Pauli, ac ipſius almi pontificis Ianuarii confiſi quadraginta dies de iniunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus: adiicientes, & firmiter ſtatuẽtes quod quotidie debeat fieri collecta præfati excelſi Pontificis, illis dumtaxat exceptis diebusque temporibus quibus ab eccleſia eſt interdictum, ne fiat Principis Apoſtolorum collecta, prout in Breuiario continetur: Sed quia in Sacro eloquio ſcriptum eſt, quod is cui plus donatur plus diligit: ideo ſtatuendo mandamus quod prædicti Antiſtitis gratioſiſſimi per totius anni circulum ſemel in menſe eius feſtum ſub duplici officio debeat celebrari. ſ. xxiiii. Ianuarii. iiii. Februarii, prima dominica menſis Maii fiat feſtum eius ſacratiſſimæ tranſlationis, prima Iunii. xiiii. Iulii. xxiii. Auguſti. xix. Septembris celebretur officium elegantiſſimi eius martirii: de quo feſto mãdamus fieri octauam ſub duplici officio, vt. ſ. Sexta Octobris. xvii. Nouembris. xvi. Decembris: ita tamen quod ſi dictum officium prædictis diebus celebrari nõ poterit, aliquo feſto duplici impediente, vel dominicæ quæ non poteſt cantari, in alia ſequenti dominica prædictum feſtum transferatur in diem immediate ſequentem: & ſi illa die non poterit celebrari, transferatur in aliam diem quouſque poterit celebrari: Mandamus etiam quod ſemper in miſſa eiuſdem præcioſiſſimi Præſulis, dici debeat Symbolum, i. Credo in vnum

Deum.

Deum, quotieſcunq; prædictum officium, vt. ſ. dictum eſt, celebrabitur. Volentes & etiam ſtatuentes, q̄ oēs tam clerici q̄ religioſi, religioſæq; moniales, ac ſorores ciuitatis & dioc. neap. ac cōmorantes in eis, cuiuſcunq; conditionis, ordinis, dignitatis, gradus, ac præeminētiæ exiſtant, hæc obſeruare debeant: & q̄a nil ꝓdeſſet humilitas humilibus, ſi contēptus contumacibus non obeſſet: & quędam ſunt culpę in q̄bus eſt culpa relaxare vindictam, ideo trāſgreſſores huius noſtrę cōſtitutionis, & infraſcriptaꝶ rubricaꝶ mulctari volumus, & iubemus pœna vnius floreni auri camerę dñi Archiepi neap. applicandi: & hęc fiant ad laudem & gloriam tāti militis cęleſtis Ianuarii, vt eius orationibus q̄ in aſtris viget, vbi fœlicem hic longeuam concedat vitam. Datum neap. in choro maioris eccleſiæ neap. ſub anno Dñi. M. CCCC. XL die. xxviii. menſis Nouēbris quartę indictionis, Pont. Sanctiſſimi in Chriſto patris & D. dñi Eugenii diuina prouidentia Papæ. iiii. anno decimo.

Sequitur Rubrica ſupradictæ conſtitutionis, veſperas & matutinas.

NOta q̄ infra octauam almi Pontificis Ianuarii fit idem officium q̄d in die, & fiunt quotidie nouem lectiones, ſex de paſſione eius, & tres de miraculis ipſius: de feſtiuitatibus infra octauam occurrentibus nihil tunc agiť, ſed poſt octauam celebranť: feſtum aūt. s. Mathei celebretur eo die quo cadit, & non fit cōmemoratio in vtriſq; veſpis, matutino, & miſſa: hiſtoria IVDIT ponať ſequenti dñica, hiſtoria vero HESTER ponatur ꝑ hebdomadam: ſi vero poſt octauā dñica aliqua non occurrerit, tūc hiſtoria IVDIT & HESTER ponať poſt octauā patris Ianuarii, vt melius videbiť celebrenť: ſi vero feſtum beati Ianuarii in dñica venerit, totum officium fit de feſto cum cōmemoratione dñicę, & ſilř fit in octaua: in dñica celebranda in qua volumus duplex officium celebrari, & tunc hiſtoria IVDIT & HESTER ponanť ſecunda & tertia feria poſt octauam: ſi vero feſtum almi ꝓtectoris Ianuarii occurrerit q̄nta feria, hiſtoria THOBIAE poniť ſc̄da feria poſt octauam Natiuitatis ſacratiſſimę Marię virginis, & hiſtoria IVDIT & HESTER ponanť poſt octauam patris Ianuarii feria ſexta & ſabbato immediate ſeq. poſt vero octauam ſplendidiſſimi noſtri patris Ianuarii reaſſumiť officium glorioſiſſimę virginis Marię. Notādum q̄ ſi numerus hebdomadaꝶ fuerit. xxv. tunc dimittať illa dñica quę venerit in feſto, vel infra octauam noſtri defenſoris Ianuarii: infra octauam almi patris Ianuarii quotidie ſex lectiones leguntur de paſſione ipſius, et tres de miraculis eiuſdem. Data per eundem Antonium angeli de neapoli, Vicarium, vt. ſ.

Sequitur rubrica miſſæ excelſi patris
noſtri beatiſſimi Ianuarii.

NOtandum ꝙ infra octauam alnii patris Ianuarii fit idem officium qđ in die. De feſtiuitatibus autem occurrentibus nihil tunc agitur, ſed poſt octauam celebrantur: feſtum vero beati Mathei apoſtoli & euangeliſtæ fit eo die quo cadit: & quotidie dicitur, Credo. vltima die octauæ fiat officium duplex ſicut in prima die feſti. Data vt ſupra.

Excommunicatio contra choreantes, ſeu conuiuia facientes in eccleſiis.

CAnone docente, inſtruimur domum domini in cultu diuino cum debita veneratione ſeruare: ad eccleſias nãq; humilis & deuotus debet eſſe ingreſſus, & in eis quieta conuerſatio, Deo grata: in ipſis ſiqdem non ſolum inſtruitur, ſed etiam reficitur populus, qui ibi conuenit ad diuina: ex quo in locis eiſdem ceſſare debent varia, & multo fortius fœda, & prophana colloquia, confabulationes quælibet, & quæcũq; alia quæ diuinum poſſunt turbare officium, aut oculos diuinæ offendere maieſtatis: ne vbi peccatoꝝ eſt venia poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio, aut deprehendantur peccata committi: ad quoꝝ omnium obſeruationem Chriſtianum populum qui ad ipſas conuenit ex mero nobis paſtorali officio inducere cogimus, & modis omnibus coarctare. Sane diebus non longe præteritis in ciuitate neapolitana abuſio quædam inualuit, vt in eccleſiis in quibus attendi debent intentis præcordiis ſacra ſolẽnia, choreæ fiunt, atq; conuiuia, introducuntur equi, aliiq; actus noxii, & deteſtabiles exercentur: ſuper quibus volentes omnem materiam amputare, de conſenſu noſtri neapolitani Capituli ſtatuimus, ac monemus omnes & ſingulos mares & fœminas ciuitatis, & dioceſis neap. & degentes in eis, cuiuſcunq; ſtatus, ſeu conditionis exiſtant, vt in eccleſiis ipſis, aut ipſaꝝ aliqua, choreas, aut conuiuia non faciant, equos non introducant, vel ipſos intrare non pmittant, aut per ſe, vel alios ex cauſa quacunq; teneant, cauſa offerendi eoſdem pro funere, ſeu repreſentationis alicuius faciendæ, de noſtra licentia dumtaxat excepta: alioquin in ipſos, & ipſoꝝ quẽlibet excommunicationis ſententiam ferimus in his ſcriptis.

Expliciunt Conſtitutiones ſinodales, per Reuerendiſſ. D. Dominum Archiepiſcopum neap. eiuſq; venerabilem Capitulum nuprime editas, ac Venetiis anno ab incarnatione. 1542. excuſſas.

QVESTE SONO LE CONSTITVTIONI,

ORDINATE PER LO REVERENDISS.

Monſignor lo Archiepiſcopo de Napoli,& ſuo Capitolo, contra quelle perſone che commetteranno li infraſcritti Delitti, ouero peccati.

Videlicet.

IN PRIMIS eſcommunicammo tutte quelle perſone lequali blaſtemmano lo onnipotente Dio,la glorioſa vergine Maria,& li Santi publicamente,con animo deliberato,& peruerſa conſuetudine.

Eſcommunicammo tutti li heretici & ſciſmatici,& tutte quelle perſone che danno aiuto & fauore.

Eſcommunicammo tutte le fattocchiare,& tutte quelle perſone che gettano le ſorti,& quelli che fanno incanti,& ſortilegii per indiuinare,& tutte quelle perſone che vanno ad eſſe fattocchiare per tali coſe.

Eſcommunicammo tutte quelle perſone, tanto Preiti quanto clerici,& ſecolari,che pigliano,& danno della ſanta creſma,dell'oglio ſanto,& dell'oglio delli infirmi per alcuna indiuinatione,ouer fattocchiaria.

Eſcommunicammo tutte quelle perſone ch'abbruſciano,ouero pongono,o' fanno pener fuoco nelle poſſeſſioni,ouer terre,& caſe della maggiore chieſa di Napoli,& altre di ſua dioceſi,& d'altre pſone priuate.

Eſcommunicammo tutte quelle perſone che contraheno de facto lo matrimonio ſecundo loco, poi che hanno contratto con altro primamente lo matrimonio di preſente legitimamente.

Eſcommunicammo tutte quelle pſone che fanno vſura publicamente.

Eſcommunicammo tutte quelle perſone lequali ſcriueno, o' fanno ſcriuere li contratti fittitii & ſimolati in fraude di vſura.

Eſcommunicammo tutte quelle perſone lequali falſamente fanno li in-ſtrumenti, ouero falſificano le litere apoſtolice, & del Reuerendiſſimo Monſignor lo Archiepiſcopo di Napoli.

Eſcommunicammo tutte quelle perſone che deponeno, ouero dicono, o' fanno dire falſo teſtimonio, o' vſano falſi teſtimonii, e falſi ditti, ouero inſtrumenti falſi ſcientemente.

Eſcommunicammo tutte quelle perſone che giocano all'azarra, o' con dadi, & altri giochi illiciti nelle chieſe, & tutte quelle che peccano carnalmente, o' chi commetteſſino roffianitio nella magior chieſa di Napoli, & in altre chieſe di noſtra dioceſi.

Eſcommunicammo tutte quelle perſone lequali occopano li beni, ragioni, & ſcritture, tanto publice come priuate della magior chieſa di Napoli, & di altre chieſe di noſtra dioceſi iniuſtamente.

Eſcommunicammo tutti quelli clerici che tengono raccommandati li beneficii ſenza alcuno iuſto titolo, & non renonciano infra otto di, incominciando dal di della publicatione.

Eſcommunicammo tutte quelle perſone che pongono, o' fanno ponere li giuramenti nelli contratti delli vaſſalli della magior chieſa di Napoli, & che fanno contratti di alienatione, ouero pignoratione delli beni de ditti vaſſalli, ſenza licentia del Reuerendiſſimo Monſignor lo Archiepiſcopo di Napoli.

Eſcommunicammo tutti quelli della citta & dioceſi de Napoli quali ſe fanno promouer alli ordini eccleſiaſtici da altro Prelato, ſenza licentia della Santita de. N. S. & del R. Mon. lo Archiepiſcopo di Napoli.

Eſcommunicammo tutte quelle perſone che fanno conuenir clerici, ouero perſone eccleſiaſtice alla corte ſecolare, & tutti Giudici, & Ouficiali che conſenteno che tal cauſe ſi trattino nelle loro corti, in preiudicio della corte eccleſiaſtica.

Eſcommunicammo tutte quelle perſone che diſhoneſtamente ſaltano, o' fanno conuiti alle chieſe, ouero capelle.

Eſcommunicammo tutti monaci & frati di noſtra dioceſi che vanno ſo

li fora de loro monaſterii.

Eſcommunicammo tutti quelli religioſi, preiti, & Diaconi liquali hanno impreſtati habiti, cotte, & altre coſe eccleſiaſtice a gioco di Carnele-uare, & altri atti inhoneſti, & prohibiti, & quelli che l'hanno portate.

Eſcommunicammo tutti li frati mendicanti che vanno pceſſionalmen-te p la citta di Napoli, ſenza licentia del R. Archiepiſcopo di Napoli.

Eſcommunicammo tutti li eſequutori delli teſtamenti delli defonti che tengono, & non aſſignano le poſſeſſioni legate a quelli che celebrano le meſſe per le anime delli defonti infra quindeci di, incominciando dal di della preſente publicatione.

Eſcommunicammo tutti li Preiti foraſtieri liquali celebrano, ouero am miniſtrano li eccleſiaſtici ſacramenti nella citta & dioceſi de Napoli, ſenza licentia del R. Archiepiſcopo di Napoli, o de ſuo Vicario.

Eſcommunicammo tutti li Preiti liquali fanno ſeruire le meſſe & benefi cii loro per ſubſtituto, ſenza licentia del R. Archiepiſcopo di Napoli.

Eſcommunicammo tutte quelle pſone lequali conferiſcono meſſe, & al-tri beneficii, ſenza ꝯfirmatione del R.M.lo Archiepiſcopo di Napoli.

Eſcommunicammo tutti li notari che ſcriueno li teſtamenti delli defon ti & non li manifeſtano infra otto di, dal di della morte delli teſtatori alla corte del R. Archiepiſcopo di Nap. o del ſuo legitimo pcuratore.

Eſcommunicammo tutte quelle perſone lequali non pagano la quarta delli legati laſciati per li teſtatori delli loro teſtamenti infra vno meſe al R. Archiepiſcopo di Napoli, cōtando dal di che pigliano li legati.

Eſcommunicammo le abbateſſe & monache della citta di Napoli ſubdi ti al R. M. lo Archiepiſcopo di Napoli che eſcono dalli loro mona-ſterii, & che pigliano & recettano alli loro monaſterii le perſone eſtra nee, ſenza licentia del R. M.lo Archiepiſcopo di Napoli.

Eſcommunicammo tutte quelle perſone lequali accompagnano le mo-nache per la citta de Napoli, contra la forma delle conſtitutioni ſo-pradette del R.M.lo Archiepiſcopo.

Pronunciammo per eſcommunicati tutti li religioſi, di qual grado & religione ſi ſia, liquali intraſſeno dentro li monaſterii di monache, ſenza licentia del R.M. lo Archiepiſcopo di Napoli, o' del ſuo Vicario, ſecõdo il priuilegio di Papa Innocentio.iii.

Commandammo ſotto pena di eſcommunicatione, & di priuatione de beneficii, & mille libre di cera, che niſſuno clerico, ne Preite debba tenere concubine publice, ne in caſa ſua, ne de altri: & chi le teneſſe, le debbia cazzare infra ſpatio de quindeci di, quali le diammo: cinque per lo primo, cinque per lo ſecondo, & cinque per lo terzo & vltimo peremptorio termine, ſotto la pena predetta.

Monimmo ſotto pena di eſcommunicatione tutte quelle perſone lequali in noſtra dioceſi vſano li priuilegii de indulgentie, non le debbano vſare, ſenza farne conſcientia al R.M. lo Archiepiſcopo di Napoli.

Monimmo ſotto pena di eſcommunicatione tutte quelle donne che fuſſero concubine de clerici & Preiti, che infra ſpatio de quindeci di ſe ne debbano totalmente partire.

Monimmo ſotto pena di eſcommunicatione che non ſia niſſuna perſona che gette prete, lota, o' immondezza ſopra i corpi morti de fideli.

Monimmo ſotto pena di eſcommunicatione che non ſia perſona che gette vire, vertone, ſagitte, prete, ouero altra coſa dannoſa alli tetti & feneſtre della magior chieſa di Napoli ne delle altre chieſe.

Monimmo ſotto pena di eſcommunicatione ogni perſona, tanto maſculi quanto femine di noſtra dioceſi non debba tener apoteche aperte per vender, ne far altro eſercitio prohibito il di delle feſte comandat per la ſanta madre chieſa, eccetto quelli che vendeno coſe da mangiare, da beuere, & da medicinare.

Monimmo ſotto pena di eſcommunicatione ogni perſona che non debano reponer coſe che non ſono deputate al colto diuino nelle chieſe, ouero capelle.

Monimmo ſotto pena di eſcommunicatione ogni peſona che non debano tener li fanciulli piccolini nelli loro letti per fino a tanto che li detti fanciullini non ſiano di anni tre.

Monimmo ſotto pena di eſcõmunicatione che non ſia niſſuno che giet te, ne faza giettare immonditie, ne altre brutture nelli ambiti della magior chieſa di Napoli, & delle altre chieſe.

Monimmo tutti li medici, tanto phiſici quanto chirurgici quali vanno a viſitare li infirmi, che inanci che le ordinino alcun remedio gli animo niſcano che ſi debbano confeſſare, & pigliar la ſacra cõmunione dalli loro parrocchiani, o᾽ da altri, con licentia di quelli.

Monimmo tutti li eſequutori delli teſtamenti che ſotto pena di eſcõmu nicatione in ſpatio d'un anno, incominciãdo dalla morte del teſtato re debbano eſequire tutti li legati ſi contengono in detti teſtamenti.

Monimmo ſotto pena di eſcommunicatione tutti li eſequutori delli teſta menti che diſtribuendo loro li legati fatti per li defonti debbano te nere la quarta parte di detti legati, & darla a M. Reuerendiſs. lo Archi epiſcopo di Napoli, ouero di ſuo procuratore.

Monimmo ſotto pena di eſcommunicatione latę ſententiæ, che niſſuna perſona preſuma dire ingiuria, ne contumelia, ne battere, ne con pa role, ne con fatti niſſuno di quelli che veniſſero a dimandar Iuſtitia al la corte di M. R. lo Archiepiſcopo di Napoli, ne anchora a niſſuno ad uocato, ne procuratore, ne officiale di eſſa Corte, & ſpecialmente nel palazzo di eſſo M. R. ouero nel ſuo diſtretto, & chi preſume far il con trario, da mo lo eſcommunicammo.

Finiſcono le Conſtitutioni & Monitioni del R. Monſignor lo
Archiepiſcopo di Napoli, & ſuo Capitolo. Stampa
te in Vinegia ꝑ Venturino Roffinello,
a inſtãtia del nobel huomo meſ
ſer Matheo Morelli,
Nell'anno
M. D. XLII.

Regiſtro.

a b A B C D E F G H I K L.
Tutti ſono Quaterni, L Duerno.

1006780

Digitized by G

Digitized by Google